Icolaus. 3. qualiter cómiserit declarationé rez viliū ⁊ parui valoris: ad hoc vt fratres minores intra: ⁊ extra ordinem possint illas dare: ⁊ quomodo Leo. 10. ampliauit huiusmodi concessionem: positū est supra in dictione Dare. §. 1. ⁊ 2. vide ibi.

2 Capitulū generale. Jeiunium.

Eugenius. 4. concessit capitulo generali fratrum mino. facultatez ordinandi ⁊ declarandi in quibus locis ⁊ puincijs fratres debeant ieiunia regule in cibis quadragesimalibus obseruare: ⁊ in quib⁹ debeant patrū consuetudines imitari vel aliter se habere. B. fo. 28. Et ffo. 112. concessione. 242.

3 Pro fratribus predi. Priuilegia. Collector.

Innocentius. 8. cócessit q̄ vicarius generalis ordi. p̄dicatoz de obseruātia cógregationis hispanie: cū aliqua plona in dignitate ecclīastica cóstituta: ⁊ duobus alijs iurisc̄onsultis: habeāt auctoritatem ⁊ facultatem interpretādi dubia que occurrerint super gratijs ⁊ priuilegijs: tā ordini q̄ congregationi predictis cócessis. Et q̄ fratres dicte congregatiōis secure possint stare declaratiōib⁹ p eosdē faciēdis. o. ffo. 76. cōce. 195. Et fffo. 101. conce. 394. ☞ Vide circa p̄dicta in dictiōe Priuilegia. §. 11.

4 Officiuz diuinum.

Leo. 10. cócessit q̄ capl̄m gñale dūtaxat: habeat auctoritatez declarandi dubia q̄ occurrerint circa diuini officij celebrationē. O. fffo. 59. cōce. 176. ☞ Vide supascriptā c̄cessionē lati⁹ i dictiōe Officiū diuinū. §. 19.

5 Scrupulosi fratres. Collector.

☞ ITEM leo cōcessit q̄ in rebus dubijs ⁊ scrupulis cōscientias fratrū mi. subditorum tāgentibus: generalis vel prouinciales seu custodes: cū cōsilio aliquoz patrum (si res magne importātie fuerint) possint auctoritate sue sanctitatis determinare in scrupulis ⁊ reb⁹ hmōi: ac q̄ eoz determinationi: subditi secura cōscientia possint ⁊ debeant stare. O. fffo. 59. conce. 172. ☞ Vide in sequenti concessione ampliationem precedentis concessionis.

6 Scrupulosi fratres.

☞ ITEM leo postea concessit q̄ omnes fratres qui sunt nimis scrupulosi: possint in oibus dubijs suā cōscientiā tāgentibus: secura conscientia stare determinationi sui guardiani vel cuiuscūq3 alterius prelati. o. fffo. 93. c̄ce. 287.

7 Dereb⁹ vili.

☞ ITEM leo ampliauit concessionem Nicolai. 3. suprapositam. §. 1. vt habetur late in dictione Dare. §. 1. ⁊ 2.

8 Oracula viue vocis. Collector.

☞ ITEM leo cōcessit vt gñalis ⁊ qlibet puincialis in sus capl̄is possint declarare: vtrū ab vsu alicui⁹ cōcessionis viue vocis oraculo facte debeāt fratres abstinere ⁊c. vt habetur late in dictione Oracula: vide ibi ⁊ bene nota in. §. 3.

☞ De declarationibus ac determinationib⁹ variis: factis a diuersis summis pōtificib⁹: tam sup regulā q̄ sup multis alijs: nō fit hic mētio: q̄ nimis lōgū ⁊ inutile foret oia illa referre: ⁊ q̄ iuxta diuersitatē materiaz sup quibus facte fuerunt: sub diuersis etiā ponuntur locis seu dictionibus huius compendij.

Dispensatio.

☞ Distinctio materie dispensationum.

Collector.

☞ Circa ea que in priuilegijs fratrū medicantiū reperiuntur concessa quoad materiā dispēsationū: est aduertendū q̄ aliqua illoz attinēt solū ad personas fratrū: ⁊ alia ad p̄sonas secularīū q̄n predictis fratribus cōfitent. Attinētia ad fratres p⁹ suis personis: sunt in duplici differentia. Nam quedā pertinēt ad

diſpenſationẽ faciendam in confeſſionibus. Et hec in ſimul cum cõceſſionibus abſolutionũ pertinentibus ad eoſdem fratres: poſita ſunt ſupra in dictione Abſolutio quoad fratres. vbicunq; in marginibus reperta fuerit hec dictio Diſpenſatio. Alia vero que tangunt diſpenſationẽ que fieri poteſt extra confeſſionem ſacramentalẽ: ponuntur hic infra. §. 8. ℣. 10. ℣. 11. ℣. 12. ℣. 13. ℣. 20 ℣. 21. Aliqua autem que ſpectant ad moniales: cõtinẽtur infra. §. 6. ℣. 19. Alia vero que pertinent ad perſonas ſeculares: habentur ſupra in dictione Abſolutio quoad ſeculares. 1. in. §. 19. Et in dictione Abſolutio quoad ſeculares. 2. in. §. 11. Et ſimiliter habentur nonnulla hic infra. §. 1. 0. 2. ℣. 16.

Regonius. 9. cõceſſit fratribus minoribus in terris quorũcunq; infideliũ exiſtẽtibus: vt cũ irregularib⁹ poſſint diſpẽſare in illis caſibus in quibus ſolent legati ſedis apoſtolice diſpenſare. b. ffo. 257. conce. 641. 1 Infideles. Irregulares.

Nicolaus. 4. cõceſſit fratribus ordinis predicatorũ in terris infideliũ exiſtentibus: vt poſſint diſpẽſare cum irregularibus partium illarũ: in caſibus in qbus ſolent legati ſedis apoſtolice: ac etiam cũ clericis ipſarum partium patientibus defectũ natalium: dũmodo non ſint de adulterio vel inceſtu: aut de regularibus pcreati b. ffo. 262. conce. 680. 2 Pro fratribus pdicatoribus. Infideles. Irregulares

Clemens. 4. in mari magno fecit optimã cõceſſionem circa diſpẽſationẽ ſimul ℣ abſolutionem: que poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quoad fratres. §. 4. ℣. 6. 3

ITEM clemens conceſſit q; fratres ordini predicatorum proferentes ſine ſcripto ſententiam excõmunicationis ſuſpenſionis vel interdicti: ℣ infra menſem celebrantes: non obſtante conſtitutione hoc prohibente: poſſint a magiſtro generali ℣ prioribus prouincialibus dicti ordinis diſpenſari: impoſita eis ſuper hoc penitentia competenti. Et q; ſi prefati prelati in huiuſmodi caſu exceſſerint: poſſint a cõfeſſoribus per ipſos electis eodem modo diſpenſari. b. ffo. 72. conceſſione. 188. 4 Pro fratribus predicatoribus.

Eugenius. 4. fecit quãdam eximiam conceſſionem circa diſpẽſationem ℣ abſolutionem: que poſita eſt etiã ſupra in dictione Abſolutio extra ordinaria quoad fratres. §. 2. 5

ITEM eugenius diſpenſauit cum monialibus ſancte Clare ac tertij ordinis: ſub obedientia fratrum minorum regularis obſeruãtie exiſtentibus: vt ſolummodo teneantur ad illa ieiunia q̃ fratres dicti ordinis obſeruãtes obligati ſunt. Item ſuper ſilentio perpetuo prefatis monialibus ſancte Clare in regula impoſito: concedit generali ℣ prouincialibus vt cum conſilio diſcretorum poſſint diſpenſare: ac ſimiliter in quibuſcunq; alijs perpetuis. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47. 6 Pro monialibus. Ieiunium. Silentium.

ITEM eugenius diſpenſauit cum barbitonſoribus: vbi eſt conſuetudo in ſabbatis ℣ vigilijs de ſero radere barbas. o. fffo. 101. conce. 400 7

Pius. 2. cõceſſit q; plati ordinis mi. de obſeruãtia: circa ſubditos ſuos poſſint cõdeſcendere ſeu diſpenſare cũ debilibus ℣ infirmis: in bijs que nõ ſunt contraria regule. Et fuerunt expreſſi aliqui caſus: vt de ſotularibus in itinere ac de quitãdo: licet non ſit arcta neceſſitas vel infirmitas. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 92. Et fff. 100. conce. 382. 8 Pro infirmis

Collector. ¶ Aduertẽdum eſt circa hmõi cõceſſionẽ: q̃ eſt velut ꝓpoſitio ſeipſam falſificans. Nam primo dicit q̃ poſſit diſpẽſari in his que nõ ſunt cõtra regulã: & poſtea explicat aliqua que ſunt manifeſte cõtra regulã. Ponit enĩz exemplũ in equitatione & calciamentis ꝛc. que ſunt manifeſte de obligatorijs. Et propterea videtur q̃ debuit hic dici: de his que non ſunt contra tria ſubſtantialia vota. Vel intelligit non eſſe contra regulam quando eſt neceſſitas talis que bono modo aliter fieri non poteſt.

9 Irregularitas. Sixtus 4. dedit copioſam facultatem generali & puincialibus & eorum vicarijs ad diſpenſandum ſuper quibuſcunq̃z irregularitatibus: cum fratribus ſui ordinis: exceptis tñ tribus. Vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 10. Et in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres. §. 4.

10 Gñalis & puinciales. Irregularitas. ¶ Item Sixtus conceſſit q̃ generalis & prouinciales ordinis minorum: poſſint diſpenſare cum fratribus ſibi ſubditis: in irregularitate homicidij: dummodo tales homicide non ſint certi q̃ ipſi actualiter occiderunt: nec pro certo ſciant q̃ fuerunt tales mandatores vel auxiliatores homicidij: ſic q̃ ſine illis nullo modo fuiſſet tale homicidium perpetratum. o. fo. 63. Et ffo. 66. conce. 102. Et fffo. 95. conce. 319.

11 Gñalis miniſter. Irregularitas. ¶ Item Sixtus conceſſit q̃ generalis fratrum mino. habeat auctoritatem diſpenſandi in irregularitate illorum fratrum mino. qui in bellis vel in alijs cauſis ſanguinis effuſionis interfuerunt. Et q̃ tales (ſi qui ſunt) dũmodo alĩs ſufficientes fuerint: poſſint promoueri vſq̃z ad ſacerdotiũ. Et q̃ in caſu quo aliqui propter iuris ignorantiam: de tali caſu non aduertentes promoti fuiſſent: poſſint in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. o. fo. 64. Et. ffo. 68. cõce. 129. Et fffo. 96 conce. 336.

Collector. ¶ Aduerte q̃ hec cõceſſio videtur ſolum facta pro illis fratribus qui tũc erãt in predicto ordine & non pro futuris. Et ideo nõ eſſet tutũ vti illa impoſterũ.

12 Gñalis & puinciales. Promotio ad ſacros ordines & ad ꝓlaturas. ¶ Item Sixtus cõceſſit generali & prouinciali miniſtris & eorum vicarijs: auctoritatem diſpẽſandi cum fratribus dicti ordinis mino. patientibus defectum natalium ex adulterio ſacrilegio inceſtu: & quouis alio nefario & illicito coitu puenientem. Necnon cum bis qui ex quauis cauſa (preterq̃ homicidij voluntarij bigamie: & mutilationis membrorum) irregulares fore̅t: poſtq̃ ordinem ipſum profeſſi fuerint: diſpenſare: vt defectu & irregularitate huiuſmodi non obſtãtibus: irregulares ipſi ad quoſcũq̃z etiam ſacros ordines promoueri: & in illis etiã in altaris miniſterio miniſtrare. Et q̃ tam ipſi irregulares: q̃ defectum natalium patientes predicti: ad quaſcũq̃z adminiſtrationes & officia dicti ordinis eligi recipi & aſſumi: illaq̃z gerere & exercere libere & licite valeant. B. fo. 61. Et ffo. 144. conce. 352.

Collector. ¶ Aduertẽdũ eſt circa predicta de habilitatione fratrum defectum natalium patiẽtium: vt poſſint aſſumi ad prelaturas ordinis: q̃ in ſtatutis generalibus totius obſeruantie: in capitulo generali Burgenſi vltimo: apoſtolica auctoritate editis: continetur ſequens ſtatutum.

Statutũ generale. ¶ Fratres patientes defectus natalium: non fiãt prelati in ordine noſtro: vel vicarij ordinarij: ita q̃ oporteat eos tenere capitulum. Nec fiãt viſitatores ordinis noſtri: aut ſororum ſancte Clare: niſi cum eis fuerit per capitulum generale: ſeu cõmiſſarium generalem diſpenſatum. Nec predicta diſpenſatio in

predictis sortiatur effectum: donec sub sigillo autentico prouincialis ministri fuerit certitudinaliter declarata.

¶ Item Sixtus cōcessit magistro generali ꝛ prioribus prouincialibus ꝛ cō uentualibus ac eorū vicarijs ordi. predicatorꝫ defectum natalium ex adulterio sacrilegio incestu: ꝛ quouis alio nephario ꝛ illicito coitu prouenientem patien tibus: necnon cum his qui ex quauis causa: preterꝫ homicidij voluntarij bi gamie: ꝛ mutilationis mēbrorum irregulares forent dispensandi cum dicti ordinis predicatorum professoribus postꝫ ipsum ordinez professi fuerint: vt defectu ꝛ irregularitate huiusmodi non obstantibus: irregulares ipsi ad quos cunqz etiā sacros ordines promoueri: ꝛ in illis etriā in altaris ministro mini strare. Et qꝫ tam ipsi irregulares qꝫ defectū natalium patientes predicti: ad quas cunqz administrationes ꝛ officia eligi recipi ꝛ assumi: illaqz licite gerere: libe re ꝛ licite valeant. B. ffo. 240. conce. 575. 15 Ex priuile. fratrū ꝑdi.

Innocentius. § dispēsauit cū toto ordine fratrum mi. qꝫ postꝫ fratres huiusmodi attigerint vigesimū tertiū eta tis annū: dumtamē sufficientes sint: possint promoueri ad sacerdotiū: ꝛ mis sas celebrare: non obstante iure: ceteriqz in contrarium facientibus. o. fo. 65. Et. ffo. 69. conce. 147. Et fffo. 99. conce. 356. 14 Sacerdotiū

¶ Aduerte ad infra posita in fine sequentis concessionis. Collector.

¶ Item Innocencius concessit postea qꝫ generalis ꝛ prouinciales possint dispensare cum fratribus suis in vigesimo secundo anno completo: quo ad sacerdotium. o. fo. 65. Et. ffo. 69. conce. 158. 15 Sacerdotiū

¶ Aduertendū est circa istam cōcessionem ꝛ alteram immediate supraposita: qꝫ post mortem Innocētij. 8. qui predictas cōcessiones seu dispēsatiōes fecit: fuit ordinatū in capitulo generali Florentiaci celebrato: id quod sequitur. Collector.

¶ Insuper cum ad ordinem sacerdotij nō debeat quis ascēdere faciliter: nisi cui suffragetur etas ꝛ morū grauitas: deinceps cum aliquo nō dispensetur vt sacerdos efficiatur: qui vigintiquinqz etatis sue annos nondū attigerit. Aut si casus necessitatis emerserit: propter sacerdotum paucitatem: saltem qui dis pensauerit: cōsilium quatuor guardianorum simul requirat: qui supra dis pensandi necessitatem debeant arbitrari: quoꝝ cōscientie sint onerate: vt qd erit necessarium (pensatis vndiqz pensandis) ipsi consulāt. Habetur hoc. fo. 226. in tractatu. 3. Et. ffo. 245. tractatu. 2. Statutū generale. Sacerdotiū

¶ Posthoc in capitulo generali Burgensi in statutis generalibus pro toto or dine factis: prope finē primi capituli ordinatum est circa supradicta sub for ma sequenti.

¶ Ad sacerdotiū vero nō promoueatur qs: anteꝫ vigesimū quintū annū eta tis sue attigerit: ꝛ quintū annū cōpleuerit in religione: nisi minister prouincia lis cum consilio discretorum: aliter iudicauerit faciendum. Statutū generale.

¶ Et qz huiusmodi ordinationes fa te sunt auctoritate apostolica: ideo preda tis dispensationibus apostolicis: nequeunt vti fratres mino. presertim qz pre dicte cōcessiones fuerant oracula viue vocis: que a capitulis suspēdi possunt vt habetur infra in dictione Oracula. §. 3. Collector.

¶ Item Innocentius cōcessit qꝫ confessores ordinis mi. obseruantie: pre sentati ꝑm formam quā ipse tradidit vel approbauit: que habetur supra in dictione Absolutio quo ad seculares. 1. in. §. 13. possint dispēsare in omnib⁹ vo 16. Votum.

cis in quibus poſſunt epiſcopi: exceptis votis peregrinatiōis vltra duas die
tas. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 155. Et fffo. 98. conce. 553.

17 Pro fratri. ꝓdicatorib⁹ Paupertas.

¶ IDEM Innocentius motu proprio & ex certa ſcientia diſpenſauit cū fra
tribus ordinis predicatorū obſeruantibus congregatiōis hiſpanie: ſuper poſ
ſeſſionibus & redditibus habendis: iuxta formā bulle mare magnum nuncu
pate: auferendo maledictionē ſancti Dñici & non obſtātibus cōſtitutionib⁹ di
cti ordinis prohibentibus ne fratres eiuſdem ordinis habeāt poſſeſſiones. o.
ffo. 76. conceſſione. 195.

18 Celebrare.

¶ IDEM Innocentius diſpenſauit circa horam celebrandi miſſas: prout
habetur ſupra in dictione Celebrare. §. 7. & 8.

19 Votum.

Alexander 6 conceſſit qꝫ generalis fratruz mi. poſſit diſpēſare cū
bizochis viuentibus in cōgregatione: quādo fecerunt
votum religionis ſancte Clare: qꝫ remaneant ibi: ſi cōmode nō poſſunt intra
re monaſteria ſancte Clare. o. fffo. 99. conce. 560. Et Sixtus 4. conceſſit qꝫ
poſſit diſpenſari cum dictis bizochis: dūmodo ſeruent tria vota ſubſtātialia
quādo nō inuenīūt qui velit eas acceptare Et qꝫ qñ bono modo nō poſſunt
intrare monaſteria ſancte Clare: qꝫ non teneantur. o. fffo 99. conce. 560.

20 Ḡnalis miniſter. Irregularitas.

Julius. 2 cōceſſit generalibus ordinis minoꝝ facultatem diſpenſan
di ſuper quacunqz irregularitate per fratres ordinis predicti
regularis obſeruantie quomodolibet (preterq̄ et homicidio voluntario: aut
preſtatione auxilij vel fauoris huiuſmodi homicidio: aut et bigamia ꝓueniē
te) ita vt illa non obſtante: ad omnes ordines etiam ſacros ac etiam preſbitera
tus promoueri poſſint. o. fffo. 91. conce. 265.

21 Sacerdotiū

¶ IDEM Julius diſpenſauit cum fratribus ordinis minimoꝝ: vt in vige
ſimo ſecundo ſue etatis anno: ad preſbiteratus ordinem (alias tamen rite) ſe
promoueri facere libere poſſint. B. fffo. 8. conce. 23.

22 Officium diuinum.

Leo 10. diſpenſauit in multis circa diuinum officium: propter ſcrupu
loſos & infirmos: que ponuntur infra in dictione Officium diui
num. §. 16. & 17. & 18. vſqz in finem.

23 Irregularitas.

¶ IDEM Leo fecit quandam eximiam conceſſionem ſuper diſpenſatione
irregularitatum: ſed quia eſt tēporalis. ſ. vſqz ad annum. 1533. ideo non poni
tur hic: habetur tamen. o. fffo. 91. conce. 267.

Collector.

¶ Vide aliqua ad huiuſmodi materiam attinentia: ſupra in dictione Decla
rare & determinare.

Eccleſie fratrum.

Collector.

¶ Diſtinctio materie eccleſiarum fratrum.

¶ Quo ad eccleſias fratrum mendicantiū: multa & varia reperiuntur in pri
uilegijs eorūdem fratrum conceſſa & ſtatuta. Et primo ea que pertinēt ad edi
ficationem huiuſmodi eccleſiaꝝ: ponuntur in dictione Edificare. Ac etiā nō
nulla ad idem pertinentia: habentur in dictione Altare. Secundo illa que at
tinēt ad benedictionem ſeu cōſecrationem predictaꝝ eccleſiarum: poſita ſunt
ſupra in dictionibus Benedicere & Conſecrare. Tertio alia que concernunt
exemptionem & immunitatem earundem eccleſiarum: reperiētur in dictione
Exemptio. §. 10. & 21. & hic infra. §. 4. & 6. & 10. ac. 11. Quarto ſunt aliqua
que fratres predicti tenentur ſeruare in ſuis eccleſijs reſpectu prelatorum ec-

cleſie: prout habetur infra. §. 7. 8. 9. Ultimo inueniunt multe indulgētie conceſſe viſitantibus prefatas eccleſias. Sed hec ad longum continentur in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. §. 1. 2. ac. 3. Vide ibi.

Innocentius. 4. decreuit vt omnes eccleſie fratrum mi. vbi cōuentus exiſtūt: cōuentuales vocentur. Et conceſſit licentiā: vt in ipſis eccleſijs ad opus fratrum ⁊ cenuerſorum ſeu oblatorū ſuor: libere habere cimiteria poſſint ⁊ valeant. b. fo. 21. Et ffo. 23. conce. 9. 1 Cimiteria.

¶ Innocentius cōceſſit fratribus ordinis ſancti Auguſtini: vt p cōſecrationibus altariū ſeu eccleſiar: ac pro oleo ſancto ⁊ quolibet eccleſiaſtico ſacramento: nullus ab eis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo: quicq̄ audeat extorquere: ſed hec omnia gratis eis epiſcopi dioceſani impēdant: alioquin liceat eis quoſcunq; maluerint catholicos adire antiſtites: gratiā ⁊ cōmunionē apoſtolice ſedis habētes: qui apoſtolica auctoritate faciant predicta. Et voluit q̄ ſi ſedes dioceſanor epiſcopor forte vacauerint: interim oia eccleſiaſtica ſacramenta: a vicinis epiſcopis accipere libere ⁊ abſq; contradictione poſſint. Sic tamen vt ex hoc in poſterum propijs epis nullus preiudiciū generur. B. ffo. 247. conce. 605. Vide circa hoc infra. §. 7. 2 Pro fratribus augſti. Epiſcopi. Sacramēta

Clemens. 4. inhibuit: vt null⁹ eccleſias aut loca fratrū mi. auſu temerario preſumat infringere: aut in illis damnabilē violentiā exercere. Et voluit q̄ illi qui ſecus facere preſumpſerint: ipſofacto ſententiam excōmunicationis incurrant: a qua non poſſint abſolui niſi per ſedē apoſtolicam: vel per conſeruatores ab ea eidem ordini deputatos. B. ffo. 105. conce. 226. ¶ Circa hoc vide infra. §. vltimo. 3 Excōicatio.

Sixtus. 4. conceſſit fratribus mi. vt in eccleſijs curatis ſeu parrochialibus quas eos habere cōtigerit: poſſint per capellanum per eos pro eorum nutu ponendum ⁊ ammouēdum: curam huiuſmodi exercere: qui q̄diu capellanatus huiuſmodi fungetur officio: ac ſi dicti ordinis mi. profeſſor exiſteret: dictor fratum libertate ⁊ exemptione fruatur. Eccleſie vero predicte ⁊ illar bona: illa (qua domus fratrum predicte ordinis) prerogatiua letentur. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 351. 4 Pro ecclijs parrochialibus fratrū Exemptio.

¶ Circa prefatam conceſſionem vide infra. §. 6.

Julius. 2. conceſſit fratribus ordinis minimorū q̄ omnes ⁊ ſingulas eccleſias ⁊ oratoria quecunq; eiuſdem ordinis: tam recepta q̄ recipienda: nondum conſecratas ſeu cōſecrata: facta prius requiſitione epiſcopis locorum: eiſq; recuſantibus vel negligentibus: per quemlibet aliū catholicum epiſcopum poſſint conſecrari facere. B. ffo. 8. conce. 2⁹. 5 Pro fratrib⁹ minimis. Conſecrare.

Leo. 10. in concilio Lateranenſi ſtatuit ⁊ ordinauit q̄ epiſcopi ⁊ eorum ſuperiores ⁊ alij prelati eccleſiarum: poſſint viſitare eccleſias parrochiales: ad fratres (ratione locorum) legitime ſpectantes: quo ad ea que ad parrochianorum curam ⁊ ſacramentorum conſeruationem ⁊ adminiſtrationem pertinent: ſine tamen viſitatorum inſolito grauamine vel impenſa. Et ſimiliter ſtatuit: q̄ predictarum eccleſiarum curam gerentes: ⁊ circa illam delinquentes. Si religioſi fuerint: iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta: intra ſepta regularis loci: ſeculares vel preſbyteros ⁊ fratres huiuſmodi beneficia obtinentes: libere tamē ſue iuriſdictioni ſubiectos: 6 Viſitare.

punire possint prefati prelati ecclesiarum. B. fffo. 25. conce. 69.

7 Episcopi. Benedicere.

¶ Item Leo in prefato cōcilio statuit: q̄ fratres ab alieno episcopo consecrationem ecclesie vel altaris aut cimiterij benedictionē petere nequeāt: nec in ecclesijs per eos pro tempore edificandis primū lapidē per alienū epm ponifacere: nisi vbi ordinarius bis aut ter (cum debitis reuerentia ⁊ instantia) requisitus: sine legitima causa id recusauerit. B. fffo. 26. conce. 79.

Edificare. 8

¶ Item Leo statuit: q̄ vt debitus honor matrici ecclesie reddatur: tā fratres q̄ alij clerici seculares: die sabbati maioris hebdomade anteq̄ campana cathedralis vel matricis ecclesie pulsauerit: campanas in ecclesijs suis pulsare minime possint. Contra autem facientes: penam centum ducatorū incurrant. B. fffo. 26. conce. 80.

9 Censure.

¶ Item Leo statuit: vt censuras per ordinarios latas ⁊ promulgatas: ac in matrici ecclesia ciuitatum: necnon in collegiatis ⁊ parrochialibus ecclesijs castrorum ⁊ oppidor̄ respective solēniter publicatas: teneantur fratres (quando super hoc ab eisdem ordinarijs fuerint requisiti) in ecclesijs domorum suarum publicare ac seruare. B. fffo. 26. conce. 81.

10 Sepultura. Exhumare.

¶ Item Leo concessit q̄ prelati ordinis mi. obseruantie possint in suis ecclesijs ⁊ capellis: exhumare corpora defunctor̄: ⁊ ad alias sepulturas in eisdē ecclesijs suis transferre: de cōsensu tū illor̄ quor̄ interest. B. fffo. 58. cōce. 162.

11 Absolutio.

¶ Item Leo concessit: q̄ infringentes: vel aliquam violentiam in ecclesijs vel locis fratrum mi. facientes possint absolui: prout positum est supra in dictione Absolutio quoad seculares. 2. §. vltimo.

Edificare.

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collector. ¶ Quoad edificationem ecclesiarum ⁊ conuētuum fratrū mino. ⁊ aliorū mēdicantium: reperiuntur multa ⁊ varia in priuilegijs predictorum fratrū que inferius tali ordine ponuntur. Primum namq̄ locum habent ea que spectāt ad fratres mi. in particulari. Reliqua vero loca possident successiue illa que ad alios fratres mendicantes pertinent: prout infra videbitur.

¶ Pro fratribus ordinis minorum.

1 Prohibitio

CLemens. 4. prohibuit fratribus ordinis p̄dicator̄: ⁊ penitētie Jesu xp̄i: ⁊ carmelitarū ac sancti Augustini: ⁊ monialibus sancte Clare: aliorūq̄ ordinū in paupertate fundator̄: ac omnibus mulieribus p̄dictor̄ ordinum: aut alior̄ quorūcunq̄: ne aliquod monasterium ecclesiaq̄ aut oratorium edificare seu construere p̄sumant: infra spatiuq̄ trecentar̄ cannarū ab ecclesijs fratrū mi. mensurandarum per aerem: etiam vbi alias recte mensurari loci dispositio nō permittit. Nulli quoq̄ seculari vel religioso cuiuscunq̄ professionis voluit licere: ecclesiam vel monasterium seu oratorium iam edificatum in aliquem trāsferre de ordinibus memoratis infra spaciū predictar̄ trecentar̄ cānar̄. Et quālibet istar̄ cannar̄ voluit octo palmorum longitudinem continere: nō obstante varia locorum cōsuetudine: siue priuilegijs ⁊ litteris quibuscunq̄ a sede apostolica sub quacūq̄ verbor̄ forma cōcessis seu etiam concedendis: que de presentibus specialem ⁊ expressam non fecerint mētionem. Preterea statuit vt quidquid contra huiusmodi

ordinatiõis ⁊ inhibitionis tenorẽ: ex nunc in antea edificatũ fuerit: diruatur. b.fo.31. Et ffo.30. conce.28. Circa hoc vide infra.§.8.

¶ IDEM Clemens cõcessit q liceat fratribus ordinis minor: cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt: tam omnẽ edificior materiam locorum q̃ dimittunt (dedicatis ecclesijs dũtaxat exceptis) q̃ libros: calices ⁊ paramenta: secum ad alia loca transferre. Ac edificia ipsa cũ solo ⁊ alijs ad eadẽ loca pertinentia (preter ecclesias) per personas a sede apostolica deputatas. i. p sindicos vendere: ipsorum q̃ precium in aliorũ locor ad q̃ dicti fratres se trãsferunt edificationem: seu alias in eorũ vtilitate cõuertere: ẽm quod eis melio videbitur expedire. B.fo.58. Et ffo.142. conce.340. 2

Vendere.

Clemens. 5. in declaratione regule fratrũ mi. declarauit: nõ cõuenire predictis fratribus vllo modo: q̃ fieri faciãt: vel fieri sustineant ecclesias vel alia quecũq̃ edificia: que consideratio fratrũ inhabitãtiũ numero: excessiua i magnitudine ⁊ multitudine debeãt reputari. Ideoq̃ voluit q̃ vbiq̃ in toto ordine fratres tẽperatis ⁊ humilibus edificijs sint cõtenti: ne tante paupertati promisse: quod patet oculis: contrarium foris clamet. B.fo.15. tractatu.3. Et.b.ffo.16. tractatu.2. 3

Paupertas.

Paulus. 2. inhibuit fratribus mi. cõuentualibus: sub excõmunicatiõis pena: ipso facto incurrẽda: ⁊ a qua nequeãt absolui nisi per Romanũ pontificem (preterq̃ in mortis articulo) ne ppio motu vel industria: aut per se: vel alium: seu alios: quouis quesito colore impediant fratres predicti ordinis obseruãtes: recipere domos eis oblatas: neq̃ eisdem molestiam aliquam inferre presumant. B.ffo.94. conce.204. 4

Contra fres conuẽtuales.

Excõicatio.

Sixtus. 4. cõcessit omnibus fratribus mi. obseruãtie q̃ sana conscientia possint habitare domos quas habent in ciuitatibus ⁊ castellis: p eorum cõmoditate. o.fo.63. Et ffo.66. conce.101. 5

¶ IDEM Sixtus concessit q̃ fratres mi. predicti non obligentur in cõscientia: si non recipiant loca vel monasteria etiam fratrũ cõuentualiũ: q̃ etiã de nouo erigẽda: vel alia quecũq̃: etiã si eis precipiatur p obediẽtiam ⁊ sub pena excõicationis late sentẽtie ⁊ alijs cẽsuris. o.fo.63. Et ffo.67. conce.112. 6

Excõicatio.

¶ IDEM Sixtus concessit generali fratrũ mi. obseruantie licentiã ⁊ facultatem: ea loca que fratribus suis minus cõmoda esse cognouerit: dimittendi in manibus ordinariorum locor: ⁊ illa licite deserendi: prout ei visum fuerit expedire: super quo eius dẽ generalis conscientiã onerat. Et hoc voluit: non obstãte cõstitutione Bonifacij.8. phibẽte loca semel recepta nõ deseri: ⁊ alijs apostolicis constitutionibus: ceterisq̃ contrarijs quibuscũq̃. B.fo.47. Et ffo. 131. conce.293. 7

Generalis minister.

Julius. 2. declarauit q̃ coarctatio seu reductio trecentorum cannarũ ad cẽtum quadraginta: cõtra fratrũ predicatorum priuilegiũ facta per Clementẽ.4. nõ debet nocere fratribus mino. nec priuilegior cõicationem in damnũ sed in fauorem predictor fratrũ mi. esse cõcessam. Ac potiori p cautela predictum priuilegiũ Clementis: trecentar cãnar: supra.§.1. positus ⁊ inde sequuta quecũq̃ predictis fratribus minoribus confirmauit ⁊ approbauit: ⁊ quatenus opus esset: predictar trecentar cãnarũ priuilegiũ: auctoritate apostolica eisdẽ fratribus mi. de nouo concessit. B.ffo.231. conce.535. 8

Cõicatio p uilegiorum.

Nota.

¶ IDEM Julius concessit fratribus mi. q̃ si a principe: duce: marchione 9

aut comite: vt aliquam domū dicti ordinis edificēt: requisiti fuerint: dein huiusmodi pro vsu ⁊ habitatione perpetuis fratrū dicti ordinis regularis ob
2 seruantie: cōstrui ⁊ edificari: ac locum pro huiusmodi cōstructione recipere possint ⁊ valeant. B. fo. 43. Et ffo. 116. conce. 278.

10 ¶ Idem Julius approbauit cōcessionem immediate suprapositā: supplēdo aliquos defectus qui in eius relatione interuenerant. Ac voluit ⁊ decreuit qꝫ littere predicte valeant: ⁊ predictis fratribus suffragētur: non obstante constitutione Bonifacij. 8. in contrarium faciente: ceterisq; contrarijs quibuscūq; B. ff. 211. conce. 515.

11 ¶ Idem Julius statuit: qꝫ fratres mi. qui in vna prouincia p̄m morem dicti ordinis viuunt: nequeant edificare domos in alia ꝓuincia que sub aliena
Prouincia. obedientia existant: nisi de licentia generalis. Et decreuit irritū ⁊ inane quicqd in contrariū attentari contigerit. B. fo. 43. Et ffo. 116. conce. 276.

12 ¶ Idem Julius statuit circa supradicta clarius idem quod antea. s. qꝫ fratres mi. obseruātie: cuiuscūq; prouincie seu custodie: in alia quacunq; ꝓuin-
Prouincia. cia seu custodia: etiam de obseruātia: domos pro eorū vsu ⁊ habitatione: nō solum non edificent: sed nec ab alijs quibuscunq; personis (sine licentia generalis) edificatas recipere valeant. B. ffo. 117. conce. 532.

13 **Leo.** 10. concessit qꝫ adueniente casu necessitatis: ecclesie tam fratrū mi. qꝫ monialium sancte Clare obser. possit transferri ⁊ mutari ꝺ vno
Pro ecclesijs fratrum ⁊ monialiuꝫ. loco ad alium. Et locus prioris ecclesie reduci ad vsus humanos: ffm commoditatem dictorum locorum ⁊ monasteriorum: dummodo materia ędificiorū ponatur in ecclesia alia. o. fffo. 91. conce. 177.

14 ¶ Idem Leo concessit postea qꝫ ministri prouincialis ordinis mi. loca eis minus cōmoda: ab ipsis non omnino derelicta: post constitutionē Bonifacij
Ecclesie fratrum. pape. 8. constructa: possint illa pro sua deuotione tenere sine fratribꝰ illa inhabitantibus. Ita tamen qꝫ aliquando ea visitent: cum tempus oportunū fuerit: ⁊ in eoꝝ ecclesijs aliquando celebrent. O. fffo. 61. conce. 189.

¶ Pro fratribus predicatoribus.

15 **Clemens.** 4. postq̄ cōsimile priuilegiū sicut suprapositum. §. 1. cō
Restrictio. cesserat fratribus ordinis predicatorum: restrinxit illud quo ad huiusmodi fratres: reducendo ad spacium centum quadraginta cannarum. b. fo. 30. Et. ffo. 31. conce. 29. Vide supra. §. 8.

¶ Pro fratribus carmelitis.

16 ¶ Idem Clemēs. 4. cōcessit fratribus ordinis Carmelitaꝝ ne aliqui religiosi ordinum mendicantiū: ecclesias seu queuis loca edificare seu construere aut per alios cōstructa seu edificata recipere: aut inhabitare iuxta loca predicti ordinis: infra spacium centum quadraginta cannarum mēsurandarum etiaꝫ per aera (vbi alias recte non permitteretur loci dispositio mensurari) quoquomodo presumant: decernens quicquid secus actum fuerit irritū ⁊ inane. B. fo. 89. Et ffo. 171. conce. 405.

17 **Vrbanus.** 4. concessit fratribus ordinis Carmelitarū: vt si aliqui christifideles aliqua loca ad se spectantia: que feudalia
Episcopi. seu censualia non existant: eis contulerint: liceat eis de consensu diocesanoꝝ illa recipere: ac in eoꝝ singulis ecclesiam aut oratorium cum campanili ꝑstruere: ⁊ inibi diuina officia celebrare. B. fo. 81. Et ffo. 165. conce. 388.

¶ Aduerte q̃ prefata confessio est valde notabilis: sed multo magis ampliatio eius: que immediate sequitur. ⁊ alia in. §. 20. Collector.

Sixtus. 4. confirmauit supradictam concessionẽ Urbani: ⁊ insuper extendit illam ad quecunq; loca: domos ⁊ ecclesias etiã parrochiales: nõ obstante constitutione Bonifacij. 8. prohibẽte ne cuiusuis ordinum mendicantium fratres: noua loca ad habitandum recipiant: vel recepta mutare presumant: sine sedis apostolice licentia speciali: faciente specialem ⁊ expressam de prohibitione huiusmodi mentionem. B. fo. 104. Et. ffo. 187. cõcessione. 481. 18 Ampliatio. Nota.

¶ Vide aliam concessionem adhuc ampliorem que ponitur infra. §. 20. Collector.

¶ Item Sixtus prohibuit: vt nõ solum fratres mendicantes: verũ etiam quicunq; alij religiosi vel ecclesiastice persone vtriusq; sexus: ppe domos fratrum dicti ordinis de Monte carmelo: nouas ecclesias ⁊ loca construere: vel alias de nouo recipere ⁊ habere possint: infra spacium centum quadraginta cannarũ per aerem mensurandarum: vbi alias cõmode per terram mẽsurari nõ possent. Et q̃ si quis (cuiusuis cõditionis: status: aut dignitatis fuerit) contra predicta venire aut agere presumpserit: tam ipse q̃s auxilium vel fauorem prestantes: ipso facto incurrant sententiam excõicationis. Et nihilominus cũcta ⁊ singula ab eis facta: pro infectis habeantur. B. fo. 100. ⁊ ffo. 184. concessione. 457. 19 Excõicatio.

¶ Pro fratribus ordinis minimorum.

Julius. 2. concessit fratribꝰ ordinis minimorũ: vt domos seu ecclesias loca ⁊ oratoria quecunq; pro eor perpetuis vsu ⁊ habitatione possint constituere ⁊ edificare: seu construi ⁊ edificari facere: absq; alia desup facienda noua concessione apostolica. Et q̃ ordinis pdicti conseruatores quoties opus fuerit eidem ordini minimor: ac illius personis: in premissis efficacis defensionis: presidio assistant: nec prelati ecclesiastici quicunq; : cuiuscunq; nobilitatis existant: in aliquo damnificare: molestare: perturbare nec inquietare vllatenus audeant: sub excommunicationis late sententie pena inhibere possint. B. fffo. 8. concessione. 27. 20 Cõseruatores. Excõicatio.

¶ Aduerte q̃ in huiusmodi concessiõe videtur cõcedi: qd̃ pdicti fratres possint edificare loca seu conuentus vbiq; : seu edificata recipere absq; aliqua licentia: etiam ordinario aut alio prelato ecclesiastico contradicente. Hoc autez est quid magnum: ⁊ nusq; alias concessum: saltem qd̃ reperiatur in libris priuilegiorum ordinum. Collector. Nota.

Egredi ordinem vel clausuram.

¶ Circa egressionem fratrum mino. obseruantie: ab ordine: seu ab obedientia prelatorum: cõtinentur multa in priuilegijs predictorum fratrum: prout habentur supra in dictione Apostate. ⁊ in dictione Exempti fratres particulares. Ac etiam infra in sequenti dictione Ejicere seu expellere ab ordine. Collector.

¶ Quo ad egressum vero monialium sã: cte Clare a clausura suorum monasteriorum: in quibus casibus liceat ⁊ in quibus non: habetur supra in dictione Clausura monialium. Vide ibi ⁊ nota bene.

Ejicere seu expellere ab ordine.

1

Predicatio. Confessio. Excõicatio.

Innocentius. 4. prohibuit districte vt fratres mi. quos gñalis aut puinciales ministri: ab ordine p suis culpis expellere cõtigerit: vel egressi fuerint p prio suo motu: non plumant pdicare: seu confessiones audire: vel docere: nisi (de licẽtia sedis apostolice: aut predictor ministror) ad aliũ trãsierint ordinẽ. Et voluit q si cõtra huiusmodi inhibitionem aliquid fuerit temere attentatum: possint dicti ministri in illos sententiam excõmunicationis pmulgare. B. fo. 36. Et ffo. 120. conce. 261.

2

Licentia.

¶ Idem Innocentius concessit vt electi vel egressi de predicto ordine mi. possint trãsire ad alios ordines approbatos: preterq; ad beati Augustini: tem plariorum: hospitalariorum & aliorum religiosor arma portantiũ: deferendo tamen literas testimoniales generalis vel puincialis dicti ordinis. Et inhibuit districte ne tales fratres aliter ad aliũ ordinem transeant: vel aliqui eos recipere seu rettinere presumant: absq; licentia speciali sedis apostolice faciente de presentibus mentionem. B. fo. 37. Et ffo. 120. conce. 262.

Recipere fratres.

3

Clemens. 4. in mari magno phibuit & statuit supradicta per eadem verba formalia. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 330. & 331.

4

Generalis. Prouiciales Habit9 ordinis minor. Incorregibiles.

Alexander. 6. concessit facultatem generalibus ordinis minorũ vt per semetipsos dumtaxat: & prouincialibus: vt per eos cum consensu maioris partis capituli puincialis: fratres dicti ordinis quos incorregibiles reperierint: habitu expoliare valeant: & ab ordine eijcere: ac contra quoscũq; eis auxilium: ꝓsilium: vel fauorẽ publice vel occulte: directe vel indirecte: aut quouis quesito colore super dicti habitus delatiõe pstantes: etiã cuiuscunq; dignitatis: gradus: ordinis & conditionis fuerint: per cẽsuras ecclesiasticas: ac aliã iuris oportuna remedia (appellatione postposita) pcedẽdi: inuocãdo etiam si opus fuerit auxiliũ brachij secularis. b. ffo. 56. conce. 65.

5

Mouicij. Professio.

Leo. 10. cõcessit generalibus & prouincialibus ordinis mino. vt fratres eiusdem ordinis etiã professos: qui grauissimis & scandalosis delictis notatis & diffamati fuerint: que fraudulenter & dolose in eor receptione & professionis emissione (monitione super his per predictos prelatos premissa) tacuerunt: non obstante q iam recepti sint & professionẽ emiserint (ne morbida & infecta pecus ouile dñi corrumpat: & vt alijs cedat in exemplũ) a domib9 & conuentib9 dicti ordinis expellere & remouere: libere & licite possint & valeãt: prout conscientijs predictor ministrorum (quas super hoc onerat) visum fuerit iustum & honestum. B. fffo. 19. conce. 61.

Electio.

¶ Distinctio materie electionum prelatorum ordinis.

Collector.

¶ Aduertendum est q de multiplicibus electionibus fit mẽtio in preuilegijs fratrum minor. Primo de electiõe generalis ministri. Et quo ad huiusmodi electionẽ habetur infra. §. 1. 2. 3. & 9. & 10. Scõdo de electione vicarij totius ordinis. Et hoc continetur infra. §. 6. Tertio de electione ministror puincialiũ de qua habetur infra. §. 3. & 7. Quarto de electione custodum & guardianor: vt habetur in dictionibus: Custos: & Guardianus: & infra. §. 5. Ultimo dõ electiones abbatissarum: prout continetur in dictione Abbatissa: vbicunq; in margine & posita hec dictio Electio.

Alexander. 4. inhibuit: vt nulli fratres ordinis mi. si eos in epos eligi: aut postulari contigerit: electioni aut postulationi de se facte audeant cõsentire: nec aliquis archiep's seu quicunq3 alius prelatus vel legatus sedis apostolice: nisi fuerit cardinalis: dictes fratres (nisi de licẽtia ꝛ assensu generalis ꝛ puincialium ministrorũ aut sedis apostolice speciali mãdato) ad episcopatus vel alias dignitates assumere vel ordinare presumant. Et decreuit irritum ꝛ inane quicquid secus a quocũq3 contigerit attentari. b. fo. 23. Et ffo. 25. conce. 13. 1 Episcopi.

Elemens. 4. cõcessit vel statuit: vt gñalis minister ordinis mi. statiz postq̃ electus (scdm regulã ꝛ cõstitutiones) fuerit: eoipso verus eiusdẽ ordinis generalis minister effectus: curã aiarum fratrũ ipsius ordinis plenã habeat ꝛ libere gerat: ipsosq3 fratres auctoritate propria ligare ac soluere: necnon in eodem ordine agere valeat: que ipse minister ꝛ diffinitores ad hoc electi: iuxta cõstitutiones ordinis: eidem ordini ꝛ fratribus scdm deũ viderint expedire. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 307. 2 De generali ministro.

¶ Item clemens statuit ꝛ concessit q̃ in electionibus gñalis ꝛ prouincialium ministrorũ predicti ordinis mi. fratribus qui debẽt electionẽ huiusmodi celebrare: tempus super hoc a iure statutum nõ currat: nec ipsi in hac parte iuris huiusmodi regulis coarctentur. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 308. 3 De gñalibus ꝛ prouincialibus.

¶ Item clemẽs statuit: q̃ custodes ꝛ guardiani qui scdm statuta ordinis: aliter q̃ p electionẽ instituunt: post ipsam institutionẽ seu puisionem de ipsis factã: cura animarum fratrum sibi subditorum habeant: ipsosq3 ligare ac soluere possint: iuxta ipsius ordinis instituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 309. 4 De custodibus ꝛ guardianis.

Nicolaus. 4. statuit ꝛ declarauit: vt cum electio gñalis ministri fuerit celebrãda: custodes vniuscuiusq3 prouincie vnum ex seipsis constituãt: vt ei voces suas cõmittãt: ipsumq3 ad locũ vbi electio eadẽ tũc fuerit celebrãda transmittant. Isq3 qui sic ab ipsis custodibus constitutus extiterit: vnam vocem dumtaxat pro se ꝛ omnibus eis habeat ꝛ intelligat habere: ac pro vna voce tantummodo admittatur ab alijs. B. fo. 51. Et ffo. 32. concessione. 32. 5 De custodibus.

¶ Hoc statutum iam vacat propterea quia aliter statutum est in bulla Unionis per Leonem. 10. vt habetur infra. §. 9. Collector.

¶ Item nicolaus statuit ꝛ ordinauit ac districte inhibuit fratribꝰ minoribus: ne mortuo ministro generali: possint eligere vel constituere aliquem fratrem in vicariũ ordinis: absq3 Romani pontificis ꝛ ptectoris ordinis eiusdẽ licencia speciali: per ipsius Romani pontificis litteras patẽtes concedenda: facientes plenam ꝛ expressam de statuto ꝛ ordinatione ꝛ prohibitione huiusmodi mentionem. b. fo. 51. Et ffo. 32. conce. 33. 6 De vicario ordinis.

Elemens. 5. in declaratione regule fratrum mi. statuit ꝛ ordinauit q̃ electio ministri prouincialis pertineat ad capitulum prouinciale: quã idem capitulũ die sequenti qua fuerit cõgregatum facere tenetur. Et similiter statuit q̃ huiusmodi electionis confirmatio: pertineat ad ministrum generalem. Et q̃ si ad electionem huiusmodi per formã scrutinij procedatur: ꝛ votis in diuersa diuisis: electiones plures in discordia celebrari cõtingat: illa que a maiori parte capituli numero (nulla zeli vel meriti collatio- 7 De ministro prouinciali. Cõfirmatio

ne seu cōsideratione habita) fuerit celebrata: exceptione seu contradictiōe qua cunq; alterius partis non obstante: per dictum generalem ministrum: de cōsilio discretorum de ordine (prius tñ ex officio: prout spectat ad ipsum diligenti examinatione p̄missa) cōfirmet: vl etiā infirmet: put eis scōm deū visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata: capitulum prouinciale electio huiusmodi reuertatur. Ceterum si capitulum memoratum die predicta ministrum eligere p̄termittat: ex tunc ministri prouincialis prouisio ad generalem ministrū libere deuoluatur. fo. 15. tractatu. 3. Et ffo. 16. tractatu. 2.

Capitulū generale.

8 De abbatissis.

Eugenius. 4. ℣ Nicolaus. 5. statuerunt aliqua pertinentia ad electiones abbatissarū ordinis sancte Clare: sed quia hec posita sunt supra in dictione Abatissa: ideo hic non ponuntur.

9 De ministro generali.

Leo. 10. in bulla vnionis statuit: q̄ electio generalis ministri totius ordinis mino. fieri debeat a solis ministris prouincialibus ℣ custodibus reformatis: tā cismōtanis q̄ vltramontanis in capitulo generali dicti ordinis in festo Penthecostes: in loco quē generalis minister cum capitulo generali proxime precedenti duxerit assignandum. Ad quod capitulū omnes ministri ℣ custodes siue vocales: tam cismōtani q̄ vltramōtani accedere teneantur. Et ne caput suis membris deforme appareat: voluit ℣ ordinauit q̄ nullus frater possit eligi in ministrum generalem: nisi vitam ducat reformatā ℣ pro reformato a cmomunitate reformatorum habeatur. In p̄fata etiam electiōe ministri generalis voluit q̄ nullus penitus vocem habeat nisi reformatus ℣ p reformato a congregatione reformatorꝫ habeatur. B. ffo. 29. conce. 94.

10 De generali ministro.

¶ Idem leo ordinauit q̄ minister generalis eligatur alternatim de fratribus cismōtanis ℣ vltramōtanis: qui tm̄ per sex annos durare possit. Ita q̄ si minister generalis per sex annos de cismōtanis fratribus electus fuerit: sequētibus sex annis de vltramontanis fratribus elegi debeat: qui modus alternatis vicibus in perpetuū a fratrib⁹ predictis obseruetur. B. ffo. 29. cōce. 94.

11 De cōmissario gñali.

¶ Idem leo fecit quādam ordinationē super electione ℣ institutione commissarij generalis: que posita est supra in dictione Commissarius. §. 1.

Elemosine.

1 Paupertas.

Alexander. 4. declarauit q̄ fratres mi. ℣ predicatores: tā ab his q̄bus p̄dicāt q̄ ab alijs: possint elemosinas petere ac recipere: fideliq; posse hmōi elemosinas eisdē fratrib⁹ salubriter elargiri: nō obstāte quacūq; cōtradictione. Ac etiā declarauit q̄ p̄dictorꝫ fratrum mendicitas est meritoria. b. fo 25. Et ffo. 25. conce. 15.

2 Restitutio.

¶ Idem alexander cōcessit fratribus mi. q̄ de male acquisitis quorū restitutio non debet certe persone ac de incertis relictis: possint recipere elemosinā ab executoribus testamentorum. b. fo. 25. Et ffo. 26. conce. 16.

3 Pro carmelitis. Restitutio. Legatur.

Urbanus. 4. cōcessit fratribus Carmelitis: vt de vsuris ℣ rapinis ℣ alīs male acquisitis: si persone quibus horū restitutio fieri debeat omnino inueniri ℣ sciri non possint: necnō de quibuscūq; legatis indistincte ad pios vsus relictis: recipere valeant vsq; ad summam cētū marcharum argenti. B. ffo. 178. conce. 419.

4

¶ Clemens. 4. cōcessit fratrib⁹ mino. vt in terris excōmunicatorū possint li-

bere cõmoriari: ⁊ ab eis tunc ⁊ qñ per hmõi terras ipsos trãsire contigerit necessaria vite depoſcere ac recipere. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 317. Excõicati.

Eugenius. 4. cõceſſit generali ⁊ puincialibus fratrũ mi. obſer. plenã ⁊ liberã facultatẽ capiendi ⁊ incarcerandi ac in carceribus detineri faciendi: necnon alias puniendi ⁊ corrigendi fratres conuentuales prefati ordinis queſtuantes ſeu elemoſinas petentes in locis conuentuũ domorũ ⁊ heremitoriorũ fratrum predictorũ obſer. aut aliqua minus honeſta contra conſtitutiones ⁊ declarationes apoſtolicas: ⁊ ſtatuta ⁊ conſuetudines eiuſdem ordinis facere preſumentes. b. fo. 48. 5 Contra fratres conuen. Correctio.

Ealixtus. 3. prohibuit diſtricte ſub excõmunicatiõis pena: ne fratres mino. de obſeruantia ſub nomine fratrum conuentualiũ eiuſdem ordinis: nec conuentuales ſub nomine fratrum de obſeruantia: aut ſub nomine locorũ eorũdem: queſtuare ſeu elemoſinas petere preſumant. B. ffo. 90. conce. 197. prope finem. 6 Pro. f. obſ. ⁊ cõuentua. Queſtuare.

Sixtus. 4. qz intellexit qꝫ locorũ ordinarij eorũqꝫ officiales ſeu vicarij ⁊ curati: ne xpi fideles fratribꝰ mi. ⁊ predicatoribus elemoſinas erogare preſumerẽt ſuadebãt: ac etiã ſub cẽſuris inhibebant: ⁊ erogantes excõmunicatos fore predicabãt ſeu predicari faciebant aut pnũciare preſumebant: mandauit predictis ordinarijs ac reliquis perſonis ſupra nominatis: ⁊ alijs quibuſcũqꝫ perſonis: vt ab hmõi perſuaſionibus inhibitionibus ⁊ mãdatis de cetero prorſus: ⁊ oĩno abſtineãt. Ac decreuit inhibitiones ipſas ⁊ mãdata nullius exiſtere firmitatis: ⁊ illis cõtrauenientes cẽſuris hmõi minime ligari. Voluit tñ qꝫ ſi perſuadẽtes ⁊ inhibẽtes prefati: mandato hmõi obtẽperare nõ curauerint: niſi penituerint: ⁊ perſuaſiones: ⁊ inhibitiões reuocauerint: infra triduũ: poſtꝫ deſup requiſiti fuerint: eoipſo ordinarij interdictũ ingreſſus ecclie ac ſuſpenſionẽ a regimine ⁊ adminiſtratiõe ſuarꝫ eccliarũqꝫ: alij vero inferiores excõmunicatiõis ſentẽtiã incurrãt. B. fo. 65. Et ffo. 149. ꝓce. 365. 7 Pro ſfribus mi. ⁊ pdi. Excõicatio.

¶ IDem fixtus voluit qꝫ ordinarij ſeu quicũqꝫ alij phibentes ne fratribꝰ Carmelitis elemoſine fiant: ipſo facto ſint excõmunicati. Et qꝫ cõtra tales poſſint protectores ordinum mendicantium: ⁊ auditor camere apoſtolice: ac inquiſitores hereticeprauitatis: ſicut contra hereticos procedere. B. fo 99. Et ffo. 183. conce. 448. 8 Ex priuile. Carmeli. Nota. Inqſitores.

¶ IDem fixtus conceſſit hoc idem fratribus Auguſtinenſibus in ſue matri magno: vt habetur. ffo. 251. conce. 638. 9 Pro augu.

Alexander. 6. prohibuit: ne aliqui elemoſinas querere audeãt ſub noĩe fratrũ de obſeruãtia ordinis mino. preſertim fratres conuentuales eiuſdẽ ordinis ac precipue infra terminos domorũ fratrum predictorũ obſeruantiũ. Et cõmiſit vniuerſis eccleſiarũ prelatis: vt cũ ꝑ parte hmõi fratrũ obſeruãtie fuerint requiſiti: inhibeãt publice ſupradicta: ſub excõmunicationis late ſentẽtie pena: ac cõtradictores quoſlibet ⁊ rebelles ꝑ cenſuras eccleſiaſticas ⁊ alia iuris remedia compeſcant. B. ffo. 151. conce. 370. 10 Queſtuare. Cõuẽtuales Excõcati.

Julius. 2. declarauit: qꝫ verba in priuilegijs fratrum mino. cõtenta. ſ. qꝫ viſitãtes ſuas eccleſias: ⁊ manus porrigẽtes adiutrices: indulgẽtias eis cõceſſas cõſequãtur: etiam ad facientes eis elemoſinas de pane ⁊ alijs pro eorum victu ⁊ veſtitu: ac domorum ſuarum reparatiõe neceſſarijs referantur. B. fo. 45. Et ffo. 126. conce. 281. 11 Indulgẽtie.

12 Prohibito

Leo. 10. qz fuit informatus q in aliquibus partibus alique persone ecclesiastice: pser tim curati seu presbyteri parrochiales: non permitebant fratres minores elemosinas petere sine eorum licētia: ⁊ diocesanorum: vel eorum vicariorum litteris: ⁊ insuper q elemosinarum huiusmodi mēdicatarum medietatem sibi vendicare volebant: districte precipiendo mādauit omnibus ecclesiax prelatis sub grauibus cēsuris: vt ab hmōi grauaminibus ⁊ molestijs abstineret: ⁊ vt quoties pro parte fratrū dicti ordinis requisiti fuerint: omnes ⁊ singulos parrochialium ecclesiax rectores seu vicarios ad desistendum a predictis molestijs ⁊ grauaminibus: sub penis ⁊ censuris moneant ⁊ precipiant: ac contra inobedientes vsqz ad inuocationem brachij secularis procedant. B. ffo. 47. conce. 142.

Excōcatio.

13 ¶ Idem Leo cōcessit qualiter elemosine facte ad vnū vsum: possint cōmutari in alium vsum: prout positum est supra in dictione Cōmutare §. 2.

14 ¶ Idem Leo fecit circa hmōi materiā quādā cōcessionē valde relaxatiuā ⁊ destructiuā obseruātie paupertatis: prout habet supra in dictione Commutare. §. 3. Vide ibi vna cum additione que sequitur ibidem.

Colle. tor.

¶ Aduertendum est q circa hmōi materiam elemosinarum: facta sunt nonnulla statuta generalia in capitulo generali in conuentu montis Lucij celebrato: prout sequuntur.

Statutū generale.

¶ Declaratur q pcurare satisfactionē fiendā pro re empta fratribus necessaria: non est cōtra puritatē regule: ita tñ q fratres per se nec per interpositā personam: intromittant se de pecunia. Non tamen licet fratribus indifferenter ⁊ indeterminate tales procurationes elemosinarum pecuniariarum facere: nec per nuncium a se positum ducere: sed dans faciat per se vel per nuncium ab ipso deputatum. Recipere autem granum vel alia hmōi pro acquisitione seu cōmutatione in aliquam rem necessariam: non licet fratribus. Verumtamen vbi fratres aliter non possunt prouideri in suis necessitatibus: talia possunt recipi per amicos spirituales de consensu dantium: ⁊ de licentia seu dispēsatione prouincialis aut custodis. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 240. tractatu. 2.

Alterū statutū generale.

¶ Inhibetur ne aliquis frater procuret alicuius libri vsum aut alicuius rei: remanēte apud patrētes vel amicos proprietate: sub pena priuationis illius cū punitione condigna. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 241. tractatu. 2.

Aliud statutū generale.

¶ In hoc capitulo ordinatum est q nullus frater faciat sibi scribi libros extra vel intra conuentum: maxime per seculares personas nec pcuret partiales elemosinas sibi: sub spe licentie habēde postea a puinciali. ffo. 241. tractatu 2.

Collector.

¶ De indulgentijs quas consequuntur vel consequi possunt dantes elemosinas fratribus minoribus aut eorum ecclesijs ac domibus: reperietur infra in dictione Indulgentie quoad seculares in capitulo. 4. s. Indulgentie concesse exhibentibus opera pietatis fratribus.

Episcopi.

¶ Distinctio attinentium ad episcopos.

Collector.

¶ De multis attinentibus ad episcopos: in diuersis huius cōpendij dictionibus cōtinetur. Nam de exemptione ab ipsoꝝ iurisdictione: habetur in dictione Exemptio. §. 1. ⁊ 3. ⁊ 5. Et de presentatione confessorum eis fienda per pretes ordinis: dictum est supra in dictiōe Absolutio quoad seculares. 1. in mul-

tis.§. De impositione primi lapidis: & cōsecratione: seu benedictione ecclesiarum & altariū ordinis: qualiter per episcopos fieri debeat: habetur etiaz supra in dictionibus Benedicere: & Ecclesie fratrum: & Edificare.

Gregorius. 9. cōcessit fratribus minoribus antecessoribus essent exēpti a iurisdictione ordinariorum: qp archiepiscopi & episcopi in eorum diocesibus: possent eisdem fratribus ibidem constitutis absolutione vel dispēsatione indigētibus: absolutionis & dispensationis beneficium impendere: nisi adeo grauis & enormis esset excessus qp desuper merito esset sedes apostolica consulenda. B fo. 116. 1 Absolutio. Dispēsatio.

¶ Aduerte qp huiusmodi cōcessio iam de nihilo seruit: qz post ipsaz fuit data fratribus predictis copiosissima exēptio: vt patebit infra in dictiōe Exēptio. Collectoꝛ.

Alexander. 4. precepit in virtute sancte obediētie fratribus promotis vel promouēdis ad dignitates epales vel alias: vt libros & alia que ipsos promotionis sue tēpore habuisse seu habere constiterit (sub mota qualibet dilatione) resignēt generali: vel prouincialibus ministris nisi forsan predicti prelati ordinis: vsum huiusmodi rerum illis ad tēpus cōcesserint de gratia speciali. b. fo. 24. Et ffo. 24. conce. 12. 2 Bona ordinis.

¶ Idem alexāder inhibuit: vt nulli fratres ordinis mi. sicos in episcopos eligi: aut postulari cōtigerit: electioni seu postulationi de se facte audeant consentire. De hoc vide supra in dictione Electio. §. 1. 5 Electio.

Eucharistia.

¶ Circa eucharistia preceptionem & administrationem: multe concessiones facte reperiuntur: tam pro fratribus qz pro secularibus: que posite sunt supra in dictione Communicare. Collectoꝛ.

Exactiones.

Alexander. 4. statuit: vt imponentes fratribus minoribus angarias: vel alias impositiones: seu exactiōes: aut alia similia: sint ipsofacto excōmunicati. Et qp si contumaces fuerint non desistendo ab huiusmodi: a solo papa valeant absolui. b. ffo. 260 conce. 65 6. 1 Excōicatio.

¶ Aduerte qp multi alij sūmi pōtifices exemerunt fres pfatos ac moniales. s. Clare: & fres ordinis pdica. necnō & alios fratres mendicantes: ab oibus exactionibus: prout habet infra in dictione Exemptio in multis. §. Collectoꝛ.

Eugenius. 4. declarauit: qp quādo ciues p bono cōmunitatis imponunt gabellas nouas aut veteres augmentant: non sunt excōmunicati. o. fffo. 101. conce. 414. 2 Excōicatio.

¶ Idem eugenius declarauit: qp pene apposite in capitulo Quāqz de cēsibus. lib. 6. s. excōmunicatio & Interdictum: circa exigentes pedagia & guidagia & similia: non habent locum: quia sibi fuit ablata Bononia: & tamen non interdixit. o. fffo. 101. conce. 415. 3 Excōicatio. Interdictū.

¶ Idem eugenius fecit aliam concessionem pertinētē ad huiusmodi materiam exactionum: que posita est supra in dictione Absolutio quoad seculares. 2. in. § 4. 4

Excommunicatio.

Collector.

¶ Distinctio materie excõmunicationum.

¶ Considerare oportet q̃ in priuilegijs fratrum minor̃ t aliorũ mendicãtiũ reperiunt multa t diuersa ad materiã pertinẽtia excõmunicatiõis. ¶ Et primo sunt quedã vbi eisdem fratribus imponitur sententia excõmunicationis. Istud autem est multipliciter seu propter varias causas. ¶ Nam alique excõmunicationes inueniuntur eis inflicte ratione receptionis nouicior̃ ad habitũ vel professionem. Et de hec habetur in dictione Nouicius. §. 3. t. 4. t. 7.

Excõicationes attinentes ad fres.

¶ Alie vero excõmunicationes tãgunt eosdem fratres quãdo recedũt sine licentia ab hmõi ordinibus aut q̃n postẽ sunt licẽtiati vel exceti faciũt aliqua que sunt eis prohibita: vt continetur in dictione Apostate in multis. §. t in dictione Eijcere ab ordine. ¶ Alie etiam excõmunicationes cõcernũt illos qui prefatos fratres apostatas recipiũt aut illis fauent: prout habetur in dictione Abbas: t in predicta dictione Apostate. ¶ Quam plures autem excommunicationes sunt impposite contra fratres propter varias causas: que ponũtur infra prope finem. ¶ Item qualiter prefati fratres tam professi q̃ nouicij: t etiam apostate possint absolui ab excommunicationibus in quibus inciderunt: habetur late in dictione Absolutio quoad fratres: in multis. §. vbi in margine posita est hec dictio Excõmunicatio. ¶ Secũdo principaliter in prefatis priuilegijs inuenitur qualiter persone seculares: occasione predictorum fratrum: aut monialium que eorum cure sunt commisse seu ecclesiarũ t monasteriorum suorum: incurrere possunt multas excõmunicatiões. Et iste subdistingũtur.

De absolutione excõicationũ suprascriptarũ.

Excõicationes ptinẽtes ad seculares

¶ Nam quedã generaliter sunt promulgate contra violatores priuilegiorum predictorum fratrũ: prout habetur in dictione priuilegia. §. 10. t. 19. ¶ Alie tangunt illos qui aliquam violentiam inferunt ecclesijs: aut domibus seu rebus vel personis predictorum fratrum. Et hec habẽtur in dictione Ecclesie fratrum. §. 3. t in dictione Elemosine. § 6. t. 7. t. 10. t. 12. t in dictione Exemptio. §. 9. t. 23. ¶ Alie vero excommunicationes respiciunt illos qui contra stigmata beati Frãcisci aliquid dicere presumpserint: aut qui ausi fuerint depingere sanctam Catherinam de senis cum stigmatibus. Et hec habentur in dictione Stigmata. §. 6. t. 8. t. 9. ac. 10. ¶ Alie autem excõmunicationes spectant ad ingredientes monasteria sancte Clare contra tenorẽ sue regule aut indultorum apostolicorum: prout continetur in dictione Ingredi monasteria monialium. §. 2. t. 10. ¶ Nonnulle alie excõmunicationes continentur sub varijs dictionibus huius compendij: quas longum foret hic referre: reperientur tamen signate in marginibus foliorum cum hac dictione Excõmunicatio. ¶ Qualiter autẽ persone seculares valeãt absolui a prefatis fratribus ab excõmunicationibus supradictis: habetur supra in dictione Absolutio quoad seculares: in oĩbus. §. vbi posita est hec dictio Excõicatio.

De absolutione excõicatiõũ predictarum.

¶ Insuper quoad euitationẽ excõmunicatorũ quomodo fratres se debeãt habere: reperietur infra. §. 1. t. 2. t. 4. ac. 6.

Fideles.

Regorius. 9. cõcessit fratribus minoribus eũtibus ad partes infideliũ seu ibidẽ existẽtibꝰ: vt in terris illis sit eis licitum communicare cum excõmunicatis in hijs que ad salutem pertinent animarum. b. fo. 20. Et

ffo.22.concessione.5.

Clemens. 4.concessit fratribus mino. vt in terris excōmunicatoꝝ. libere cōmorari possint: ⁊ ab eis tunc ⁊ quādo per eorum terras ipsos transire cōtigerit: necessaria vite deposcere ac recipere. B.fo.56. Et ffo.140.conce.317. 2 Pro terris excōicatoꝝ.

¶ IDEM Clemēs concessit fratribus mino. ne ab aliquo legato: nisi de latere sedis apostolice misso vel delegato aut subdelegato: auctoritate litteraruꝫ sedis predicte: possint excommunicari suspendi vel interditi: nisi littere ipse plenam ⁊ expressam de ordine prefato ⁊ indulto huiusmodi facerent mentionem. b.fo.29. Et ffo.29.conce.25. 3 Exemptio.

Eugenius. quartus concessit fratribus minoribus obseruantibus ꝙ non teneantur euitare excommunicatos: nisi nominatim sint a iudice denunciati: ⁊ euitentur a clero ⁊ populo. Et sic ꝙ non teneantur fratres euitare dictos excommunicatos; nisi quando in communi euitantur. Et ꝙ idem sit de interdicto: ⁊ de obseruatione cuiuslibet censure ecclesiastice. o.folio.61. Et ffo 64.concessione.75. Et fffo.95.concessione.312. 4 De euitatiōe excōicatoꝝ. Nota. Interdictū.

¶ IDEM Eugenius fecit alias concessiones pertinētes ad materiā excōmunicationis: que posite sunt supra in dictione Exactiones. §.2.⁊.3. 5

¶ IDEM Eugenius concessit: ꝙ si tempore nostro contigerit (ꝙ absit) scisma possint fratres minores participare cum scismaticis: nec teneantur fratres recedere a locis suis. Et ꝙ toties quoties dixerint orationem Deus omnium fidelium ꝛc. Pro vero papa: habeant centum dies indulgentie. o.fffo. 401.conce.402. 6 Indulgētia.

Leo. 10.concessit ꝙ prelati ordinis mino. regularis obseruantie: cū aliquem fratrem propter apostasiam vel aliam causam excominunicant in capitulo fratrum aut in communitate: non teneantur proferre sententiam inscriptis: prout in iure sub pena suspensionis precipitur proferentibꝰ. o.fffo.93.conce.291. 7 Prelati fratrum.

Vltra predicta que continentur in priuilegijs fratrū mēdicātium circa excōmunicationes: oportet nōnulla notabilis hic apponere: vt fratres predicti sint plenius informati de huiusmodi materia in qua eximium periculum verti solet. Collectoꝝ.

¶ Primum scire expedit excommunicationes contentas in processu annali seu in bulla que appellat in cena domini: ne quis de illis absoluere ex ignorantia presumat. Et quia prefate excommunicationes a diuersis summis pontificibus diuersimode promulgate ⁊ enumerate reperiuntur: ⁊ a posterioribus latius posite sunt: ideo illas hic ponere curaui: prout in predicto processu per Leonem decimum facto: sub forma ⁊ ordine sequenti existunt. b.fffo.138. Primū notabile circa excōicationes.

¶ Primo excommunicantur omnes heretici: Gazari: Patareni: Pauperes de Lugduno: Arnaldiste: Speroniste: Passagerij: Ticieliste: seu Ussiste: Fratricelli de opinione nuncupati: ⁊ quilibet alij heretici quocunqꝫ nomine censeantur: ac omnes fautores receptatores ⁊ defensores eorundem. 1 Excōica. ꝙ cōtinētur in bulla cene domini.

¶ Item excommunicantur omnes Pirate: Cursarij: Latrunculi maritimi ⁊ alij: pcipue qui mare nostrū a mōte Argentario vsqꝫ ad Terracinā discurrūt: ⁊ qui nauigantes in illo depredari mutilare interficere: ac rebus ⁊ bonis suis 2

ſpoliare: hactenus preſumpſerunt ⁊ preſumũt. Ac omnes receptatores eorundem: ⁊ eis auxilium dantes conſilium vel fauorem.

3 ¶ Item excõmunicantur omnes qui in terris ſuis noua pedagia imponunt vel prohibita exigunt.

4 ¶ Item excõmunicantur omnes falſarij bullarũ ſeu litterarũ apoſtolicarũ ⁊ ſupplicationum: gratiã vel iuſticiam cõcernentium: per ſummũ pontificẽ vel vicecancellarium: ſeu gerentes vices eor̃ aut officium Vicecancellarij ſancte Romane eccle de mandato eiuſdem ſummi pontificis ſignatarum: aut ſub nomine eiuſdẽ ſummi pontificis ſeu vicecancellarij aut gerentiũ vicem predictorum ſignantes ſupplicationes eaſdem.

5 ¶ Item excõmunicant omnes illi qui equos arma ferrum lignamina ⁊ alia prohibita deferunt Sarracenis Thurcis ⁊ alijs Chriſti nominis inimicis: quibus chriſtianos impugnant.

6 ¶ Item excõmunicantur omnes impedientes ſeu inuadentes victualia ſeu alia ad vſum Romane curie neceſſaria adducentes: vel ne ad curiã ipſam adducantur vel deferantur impedientes ſeu perturbantes. Et qui talia faciunt vel defendunt: cuiuſcũq; fuerint ordinis preminentie cõditionis vel ſtatus: etiam ſi pontificali: regali reginali aut alia quauis eccleſiaſtica vel mundana prefulgeant dignitate.

7 ¶ Item excõmunicantur omnes illi qui ad ſedem apoſtolicam venientes ⁊ recedẽtes ab eadem: necnon oẽs illi qui iuriſditionem ordinariã vel ſubdelegatã aliquã non habentes: in eadem curia morãtes: temeritate propria rapiũt ſpoliãt ⁊ detinent: aut ex propoſito deliberato verberare mutilare vel interficere preſumunt: ⁊ qui talia fieri faciunt ſeu mandant.

8 ¶ Item excõmunicantur omnes temere mutilantes: vulnerantes: interficientes: capientes: carcerãtes: ⁊ detinentes Patriarchas: Archiepiſcopos: Epiſcopos: eorumq; mandatores.

9 ¶ Item excõmunicantur omnes illi qui per ſe vel alium ſeu alios: quaſcũq; perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares: ad Romanam curiam ſuper earum cauſis ⁊ negocijs recurrentes: illaq; in eadem curia procurantes ⁊ proſequentes: negociorũq; geſtores: aduocatos ⁊ procuratores ipſor̃: vel etiã adiutores: ſeu iudices ſuper dictis cauſis ⁊ negocijs deputatos: occaſione cauſarum ⁊ negociorum hmõi: verberant: mutilãt: vel occidunt: ſeu bonis ſpoliant.

10 ¶ Item excõmunicantur illi qui impediunt: ne litteris ⁊ mandatis apoſtolice ſedis ⁊ legatorum: ac nuntiorum ⁊ iudicum ſubdelegatorum eiuſdem gratiam ⁊ iuſticiam cõcernẽtibus: decretiſq; ſuper illis ⁊ re iudicata proceſſibus ⁊ executorialibus (non habito primo eorum beneplacito ⁊ aſſenſu) pareatur. Neue tabelliones ⁊ notarij litterarum ⁊ proceſſuum executiones: inſtrumenta vel acta conficere: aut confecta parti cuius intereſt tradere: ſub grauiſſimis penis prohibere: ſtatuere ſeu mandare. Quiue in animarum eorundem periculum: ſe a Romani pontificis pro tempore obedientia pertinaciter retrahere: ſeu quomodolibet recedere preſumunt. Quiue iuriſditionem: ſeu fructus ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes vſurpant vel arripiunt. Vel qui per ſe: vel alium: ſeu alios: directe: vel indirecte predicta exequi: vel procurare aut in eiſdem auxilium: conſilium: vel fauorem preſtare non verentur: cuiuſcunq; preeminẽtie dignitatis: ordinis: conditionis: aut ſtatus fuerint: etiam

ſi pontificali:regali:reginali:vel quauis alia prefulgeant dignitate.

¶ Item excõmunicantur omnes mutilantes:vulnerantes:interficientes: ſeu capientes ⁊ detinentes:ſeu depredantes romipetas:ſeu peregrinos: ad vrbem cauſa deuotionis ſeu peregrinationis accedẽtes:⁊ in ea morãtes vel diſcedentes ab ipſa:⁊ in his dantes conſilium:auxilium vel fauorem. 11

¶ Item excommunicantur omnes illi qui per ſe vel alium ſeu alios: directe vel indirecte:ſub quocunq; titulo vel colore:occupant:detinẽt:vel hoſtiliter deſtruunt:ſeu inuadunt:aut occupare:detinere:vel deſtruere: aut inuadere hoſtiliter preſumunt:in totum vel in partem Almam vrbem: regna Sicilie ſeu Tinacrie: Inſulas Sardinie Curſice terre citra Farum: Patrimonium beati Petri in Tuſcia: Ducatum Spoletanum: Comitatum Clenaſineñ. Sabineñ. ⁊ marchie Anchonitañ. Maſſe Trebarie Romandiole: Cãpanie ⁊ Maritime prouincias ⁊ terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorũ: Bononienſ. Ferrarienſ. Benauentañ. Perufij Auinionenſ. ciuitatis Caſtelli: Eugubinenſ. ⁊ alias ciuitates terras ⁊ loca:vel iura ad ipſam Romanam eccleſiam ſpectantia ⁊ pertinentia ⁊ ad herentia: aut fautores ⁊ defenſores eorũ: ſeu in his dantes eiſdem auxilium conſilium vel fauorem. Non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs ac litteris apoſtolicis:ceteriſq; in contrarium facientibus quibuſcunq;. 12

¶ Ultimo decreuit idem Leo q; a prefatis excõmunicationibus: nullus per alium q̃ per romanum pontificem (niſi dumtaxat in mortis articulo cõſtitutus) abſolui poſſit. Nec etiam tunc niſi de ſtando ſancte matris eccleſie mandato:ſatiſfactione vel ſufficienti cautione preſtitis:etiam pretertu confeſſionalium ſeu quarumuis facultatem verbo litteris aut quauis alia ſcriptura quibuſlibet ſeu quomodolibet conceſſarum vel inpoſterum concedendarum. De reſeruatiõe abſolutionis a pfatis excõicationibus.

¶ Illos autem qui contra tenorem preſentium talibus vel alicui eorum ſeu aliquibus abſolutionis beneficium impendunt de facto excommunicationis ſententia voluit innodari. Eiſq; predicationis lectionis adminiſtrationis ſacramentorum: ⁊ audiendi confeſſiones officia interdixit. Et declarauit aparte predictus pontifex tranſgreſſoribus ⁊ contemptoribus predictis: ſe grauius contra eos ſpiritualiter ⁊ temporaliter (prout expedire cognouerit) proceſſurũ. Et nihilominus quicquid egerint abſoluendo vel alias: nullius eſſe roboris vel momenti declarauit. Pene cõtra abſoluẽtes a predictis excõicatiõib⁹.

¶ Aduertat etiam prudens lector q; quia (vt ſupra diximus) diuerſi ſummi pontifices precedentes ſub diuerſis formis fecerunt ſupradictum proceſſum ſeu bullam cene domini: ⁊ ſimiliter credendum eſt q; facient ſucceſſores eorum: ideo oportet ſemper inquirere quolibet anno: vtrum aliquid fuerit innouatum per pontificem tunc preſentem. Nam alias forte ex ignorantia iuris (que neminem excuſat) mitterent falcem in meſſem alienam: ſeu abſoluerent a quibus non poſſent: ⁊ ſic inciderent in excommunicationem papalem ⁊ penas ſupraſcriptas. Lector. Nota.

¶ Alterum ſciendum quoad predictam materiam excommunicationis eſt q; Sixtus. 4. in extrauganti que incipit. Et ſi Dominici gregis poſuit multos alios caſus a quibus etiam nequeunt fratres abſoluere quorum: tamen aliqui ſunt de cõtentis in bulla cene domini: ⁊ ſunt ſequentes: videlicet. Offenſa eccleſiaſtice libertatis. Violatio interdicti a ſede apoſtolica. Crimen be- Scõm notabile circa excõicationes.

resis postq̃ de eo fuerint sententialiter cõdemnati delati: seu publice diffamati. Conspiratio in Romani pontificis personam: aut eius statum vel dicte sedis. Mutilatio membrorum: aut cuiuscunq; in sacris cõstituti occisio. Offensa personalis in episcopum seu alium prelatum. Invasio rompetarũ seu quorumcunq; ad romanam curiam venientiuꝫ. Prohibitio devolutiõis causarum ad dictam curiam. Invasio: occupatio: depredatio: aut devastatio terrarum romane ecclesie: mediate vel immediate subiectarum. Delatio armorũ et aliorum prohibitorum ad partes infidelium. Impositio novorum oneruꝫ realium vel personalium ecclesijs: vel ecclesiasticis personis. Demum simonie super ordinibus vel beneficijs assequendis: in dicta curia vel extra eam quo modolibet cõtracte.

Tertiũ nota bile circa excõicationes.

¶ Aliud insuper notandum est: q; in casibus inferius annotatis incurrũt excommunicationis sententiam fratres predicti. Et ideo vt ab illis se abstineãt; ponuntur hic.

1 Sepulture

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt quicunq; religiosi vel etiã clerici inducentes aliquos ad vouendum: iurandum vel (fide interposita seu alias) promittendum: vt sepulturas apud eorum ecclesias eligant: vel iam electas vlterius non immutent. A qua quidem sententia non possunt absolui: nisi a Romano pontifice (preterq̃ in mortis articulo). Hoc autem habetur in extrauaganti Cupientes. de penitentijs: in clementinis.

2 Studentes fratres.

¶ Excommunicationis sententiã incurrunt ipsofacto quicunq; religiosi tacite vel expresse professi: audientes leges vel phicam: nisi infra spacium duorũ mensium ad claustrũ redierint. In clementina Ne in agro. de statu mo.

Habitus ordinis. Studentes fratres.

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt ipsofacto quicunq; religiosi (post tacitam vel expressam professionem) in scolis vel alibi temere dimittentes habitum sue religionis: seu etiam euntes ad quevis studia litterarum: nisi de licentia sui prelati cum consilio sui conuentus seu maioris partis. In clementina Vt periculosa.

4 De fratrib⁹ administrãtibus sacramenta.

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt religiosi cuiuscunq; religiõis approbate in sex casibus infrascriptis.

¶ Primo: qui clericis vel laicis sacramentum vnctionis extreme ministrant.

¶ Secundo qui Eucharistie sacramentum ministrare presumunt.

¶ Tertio qui solemnizant mrimonia sine licẽtia speciali prochialis pbiteri.

¶ Quarto si absoluunt excommunicatos a canone preterq̃ in casibus a iure expressis vel per priuilegia sedis apostolice eisdem concessa.

¶ Quinto si absoluunt a sententijs promulgatis per statuta synodalia vel prouincialia.

¶ Sexto si aliquem absoluunt a pena et culpa. Nec possunt absolui fratres ab huiusmodi sententia: nisi per summum pontificem. Habetur in clementina Religiosi. de priuileg.

5 Cõtra fres predicantes. Decime.

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt quicunq; religiosi qui in sermonibus suis vel alibi aliqua proferre presumunt: vt retrahant audientes a solutione decimarum ecclesijs debitarum. Sed vt hec pena habeat locuꝫ duo requiruntur. Primũ q; talia proferant ea intentione vt retrahant audientes. Sedm: q; ipsi audientes sint obligati ad tales decimas soluẽdas: aliter enim non incurritur. Et habetur hec constitutio in dicta clementina Cupientes.

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt omnes religiosi tam exempti q̄ non exempti: non seruātes interdictum positum auctoritate apostolica vel ordinariorum: quando matrix vel cathedralis ecclesia illud seruat, Non obstātibus quibūscunq; appellationibus antea (etiam ad ipsam sedem) interiectis: seu ad aliam vel alios: de sen. excōi. c. Ex frequentibus. in clementinis. 6 Interdictū.

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt religiosi: qui scienter post posuerint facere fieri conscientiā de decimis soluendis his qui sibi confitentur: si se intromiserint ad officium predicationis: a quo sunt ipsofacto suspensi. Hoc intellige si de hoc fuerint requisiti a prelatis ecclesiarum. Hoc habetur in clementi. Cupientes. 7 Cōtra frēs p̄dicatores & confessores.

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt monachi regulares nō habentes administrationem: si absq; licentia speciali suorum prelatorum recurrunt ad curias principum: vt damnum aliquod inferāt suis prelatis: aut monasterijs. Hoc habetur de statu mona. in clementi Ne in agro. 8 Cōtra frēs curiales.

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt omnes religiosi mendicantes qui noua loca accipiunt ad habitandum: seu si iam̄ accepta loca bucusq; mutant vel se transferunt in alia (quouis titulo) sine cōsensu sedis apostolice: de hac prohibitione faciente specialem mentionem. Habetur in dicta clementina Cupientes. 9 Contra frēs edificantes noua loca.

¶ Excommunicationis sententiam incurrunt fratres minores admittentes ad diuina tempore interdicti: sorores: aut fratres tertij ordinis. Sed hec constitutio modo non ligat: quia fuit reuocata per Sixtum. 4. 10 Interdictū.

¶ Excōmunicationis sententiam quondam incurrebant glosantes extrauagantem Nicolai. 3. que incipit. Exijt qui seminat: sed ipsa excōmunicatio fuit suspensa per aliam extrauagantem Joannis. 22. 11

¶ Excōmunicationis sententiā incurrunt ipsofacto (a qua non possunt absolui nisi a romano pontifice preterq̄ in mortis articulo) quicunq; de ordinibus mendicantibus facientes se recipi (etiam pretextu quarūcunq; litterarum apostolicarū) sub quacunq; verborum forma concessarum: ad aliquem ordinem monachalem: excepto ordine carthusiensiū. Quā etiā sententiā incurrūt ipsos recipientes. Ex concilio Constantie. sub Martino. 5. 12 Contra oēs fratres mendicantes.

¶ Excōmunicationē incurrunt ipsofacto fratres & sorores tertij ordinis qui collegialiter viuentes: post factā professionē: & emissionē trium votorum substātialiū solēniter in manibus sui ministri vel ministre: matrimoniū contrahūt seu ante contractū cōsumāt: aut religionē ipsam dimittunt ad seculare vitam euntes. Et tale matrimoniū est nullū: nec possunt absolui nisi habitu reassumpto suā professionē collegialiter viuētes obseruent: & a suis superioribus absolui meruerint. Sixtus. 4. in extrauagāti que incipit. Ad xpi vicarij presidentis. 13 Contra frēs & sorores tertij ordinis.

¶ Excōicationē incurrunt fratres mi. & predicatores recipientes siue admittētes ad priuilegia & immunitates ordinū suorum quoscūq; laicos vtriusq; sexus: pretextu tertij ordinis seu alterius modi: nisi gestauerint habitū predicti tertij ordinis solitū: & professionē emiserint solitā: & in aliqua domo seu cōgregatione dictorum fratrū vel sororum vitā duxerint in cōmuni. Non obstātibus quibuscunq; litteris aplicis. Sixtus in bulla que incipit. Dete. ada nullorum ambicio. 14 Cōtra frēs mi. & p̄dica.

Exempti fratres particulares.

1 Officia ordinis.

Clemens. 4. prohibuit: ne aliquis frater minor exemptus ab obediētia ordinis: possit cōtra statuta religionis morari in domibus fratrum dicti ordinis: aut in eor officijs se imiscere vel itromittere. B. ffo. 75. 3ce. 224.

2 Pro oībus mēdicātib⁹ Correctio.

Gregorius. 11. statuit ⁊ ordinauit: q̄ omnes ⁊ singuli religiosi quorumcunq; ordinū etiā mēdicantiū: sedis apostolice capellani perinde eor superioribus ⁊ ipsor correctionibus: in oībus ⁊ per omnia sint subiecti: ac si predicti capellani nō essent. Non obstantibus exēptionibus ⁊ alijs quibuscunq; priuilegijs in contrarium facientibus. b. fo. 37. Et ffo. 35. conce. 39.

3 Prohibitio

Calixtus. 3 statuit ⁊ ordinauit: q̄ nullus dictor fratrū beneficia secularia seu etiam regularia: quouis modo in titulum vel commendam pro tempore habentium: possint capitulis generalibus vel prouincialibus aut congregationibus seu negocijs vel officijs: aut alijs administrationibus ordinis (nisi generalis pro tempore consensu interueniente) quomodolibet admitti: sub excommunicationis pena quam admissi ⁊ admittētes incurrant ipsofacto. B. fo. 92. Et ffo. 175. conce. 410.

4 Excōicatio.

4 Minister generalis.

Nicolaus. 5. concessit ministro generali fratrum mi. q̄ possit visitare ⁊ corrigere quoscunq; fratres exemptos prefati ordinis: prout late positum est supra in dictione Correctio. §. 9.

5 Pro fratri. p̄dicatorib⁹ ⁊ minorib⁹.

Sixtus. 4. statuit: vt si aliqui fratres mi. aut predicato. obtinuerint habilitationē ad habenda beneficia ecclesiastica: ⁊ q̄ interim vel postq̄ ea habuerint valeant residere in domibus dicti ordinis: ⁊ ibidem cameras: ac vocem actiuam ⁊ passiuā in capitulis generalibus habere: ⁊ priuilegijs dictor fratrum ⁊ ordinum gaudere: q̄ isti tales postq̄ aliquod beneficium pacifice adepti fuerint: aut pro capellanis in aliquibus ecclesijs deseruire ceperint: concessionibus predictis nequeant gaudere: aut alijs consimilibus ordinem concernentibus: nisi de prelatorum cōsensu. Et idem statuit de promotis ad cathedrales etiaz titulares: ac alias dignitates ecclesiasticas. B. fo. 66. Et ffo. 149. conce 365.

Officia ordinis. Episcopi.

6 Ex priuilegijs carmelitarum.

Idem Sixtus concessit seu statuit: vt nullus professor ordinis Carmelitarum beneficia secularia seu etiam regularia: quorumuis Romanorū pontificum: aut sedis apostolice vel legatorum eius concessione vel indulto: quouis modo in titulum vel commendam pro tempore obtinentium: aut que futuris temporibus quomodolibet obtinebunt: etiam si illa simpliciter vel alio quouis modo dimiserint: in capitulis generalibus vel prouincialibus: aut congregationibus: seu negocijs: officijs: vel alijs administrationibus dicti ordinis (nisi generalis pro tempore consensu interueniente) quomodolibet admittantur: sub excōmunicationis pena: quam admissi ⁊ admittentes ipsofacto incurrant. B. ffo. 188. conce. 482.

Excōicatio.

7 Ex examinatione priuilegiorū exemptionū ffraz p̄iculariz

Julius. 2. commisit vniuersis prelatis ⁊ alijs personis in dignitate ecclesiastica constitutis: vt requisiti a prelatis ordinis minorum ⁊ cōmissarijs romane curie: aut alijs fratribus ad hoc per eosdem deputatis: examinent quascūq; litteras apostolicas: quas fratres dicti ordinis super exemptionibus: ⁊ habitus mutationibus: ⁊ dimissionibus: ⁊ alijs extorsionib⁹ impetratas repperint: ⁊ q̄ causas per eosdē fratres in illis allegatas: vijudicēt

& si veras non repererint: eas reuocent & annullent: ac eisdem fratribus minime suffragari debere declarent. Ac q predictis fratribus ad ordinem caronicorum regularium translatis seu vt seculares incedétibus: nec in ciuitatibus oppidis vel locis vbi domus dicti ordinis fuerint permaneát inhibeant: vel si in eis manere voluerint: vt ad ordinem seu familiam cuius habitum temere reliquerint: redeant. B. fffo. 13. conce. 50. Nota.

Leo. 10. statuit q nullus frater ordinis mi. obseruantie: obtinere possit aliquam exemptionem aut indultum apostolicū: sub quauis forma & expressione verboꝝ: nisi generaliū aut cōmissarioꝝ suoꝝ in romana curia existentium ad hoc expressus accedat assensus. Et q si illa impetrauerit: illa nullatenus sibi suffragentur: vt illoꝝ obtentu a prelatoꝝ suorū iurisdictione & regulari disciplina exemptus censeatur. B. fffo. 15. conce. 52. 8 De licétia requisita p impetratiõe exemptionis.

¶ Idem Leo iterum prohibuit ne aliquis frater minor: cuiuscunq; cõditionis & gradus existat: vigore cuiuslibet rescripti apostolici: sub quauisverborum forma: & cum quibuslibet derrogatorijs & efficacissimis clausulis quomodolibet emanati: exemptus a iurisdictione suorum prelatoꝝ in aliquo censeatur: nisi prius cõmissarij dicti ordinis in romana curia residentis: ad hoc expressus & inscriptis accedat assensus: decernens irritum & inane: quicquid secus a quocũq; quauis auctoritate scienter vel ignoranter cõtigerit attẽtari. B. fffo. 18. conce. 59. 9 De licétia cõmissarij pro impetratiõe exẽptionis.

Exemptio.

Clemens. 4. exemit fratres in multis a iurisdictiõe & subiectiõe platoꝝ ecclesie. Et primo ꝓcessit q per litteras apostolice sedis aut legatoꝝ seu delegatoꝝ ipsius: conueniri a quocũq; minime valeant predicti fratres minores. 1 Exemptio a prelatis ecclesiasticis.

¶ Secũdo: q ad pecuniã colligendam cogi nõ possint inuiti etiam per litteras sedis apostolice de cetero impetrandas.

¶ Tertio: q nullus predictoꝝ fratrum teneatur correctionis seu visitationis vel inquisitionis officium: monasterijs vel ecclesijs seu quibuscũq; personis impendere: vel ad cognitiones causaꝝ seu citationes partium & denuntiationes sententiarum interdicti & excommunicationis procedere.

¶ Quarto: q non teneantur recipere curam monialium seu religiosarũ quarumlibet personarum: per quascunq; litteras apostolicas: nisi de hoc indulto & ordine predicto: expressam fecerint mentionem. B. fo. 57. Et. ffo. 140. cõcessione. 321. Demonialibus & alijs religiosis.

¶ Idem Clemens concessit: vt ad visitandum aliqua monasteria monialium cuiuscũq; ordinis: vel ad audiendas confessiones eaꝝ: nequeant p̃dicti fratres aliquatenus compelli. Nec ad recipiendum commissiones causarum seu sententiarum executiones: vel alia contingentia causas ipsas per litteras sedis apostolice (in quibus non facta fuerit de indulto huiusmodi mentio specialis) siue per legatos vel delegatos ipsius: aut etiã per alios quoscunq;. B. fo. 57. Et ffo. 140. conce. 322. 2 Demonialibus. Visitatio.

¶ Idem Clemens concessit insuper: q nullus archiepiscopus vel episcopus: nullusq; alius prelatus ecclesiasticus: valeat compellere fratres minores ad portandum seu deferendum litteras: vel exequendum aut denũtiandum 3 De exẽptiõe ab omnib9.

actibus fori iudicialis.

sententias contra principes seculares communitates populos seu alios quoscunqz benefactores eorundem fratrum. Ac etiam q nullus delegatus vel ordinarius iudex possit eosdem fratres cōpellere ad faciendum citationes vel cōmissiones recipiendas: siue q sint in aliquibus causis assessores: siue ad lites ꝛ controuersias cōtingentia: in causis que coram ipsis tractantur: sine sedis apostolice speciali mandato vel licentia: expressam faciente de huiusmodi indulto mentionem. Nec quisqz eorū teneatur parere vel intendere super his monitionibus seu mādatis aut iussiōibus eorūdem aut facere vel implere qd in hac parte duxerint iniungendum. B. fo. 57. Et ffo. 140. conce. 525.

4

Exēptio ab occupatione in qbuslibet negocijs extra ordinem

¶ Idem clemens concessit q nullus legatus nisi de latere: auctoritate litterarum apostolicarum specialem de indulto huiusmodi: ꝛ ordine predictorū fratrum minorum non facientium mentionem: nullusqz alius prelatus: nec aliqua persona religiosa vel secularis de huiusmodi fratribus: ad sua vel alterius negocia procuranda: seu ad secum manendum: aliquem assumere valeat: nisi quos generalis vel prouinciales ministri tanqz idoneos ꝛ discretos eis duxerint assignandos: quos etiam subiacere voluit ordinis discipline. B. fo. 57. Et ffo. 141. concessione. 525.

5

Cōfessiones

Processiōes

Obedientia

Edificare.

Excōicatio. Collector.

¶ Idem Clemens prohibuit vniuersis ecclesiaꝝ prelatis ꝛ alijs ne confessiones fratrum inf. inuitis prelatis eiusdem ordinis audire psumant. Nec eos compellant ad sinodos seu congregationes suas accedere: vel cum eis extra ciuitates vel intra processionaliter exire: aut suis constitutiōibus subiacere: vel capitula scrutinia ꝛ inquisitiones in locis seu monasterijs fratrum vel alibi de eisdem facere. Aut fidelitatem iuramento firmatam: ꝛ manualem obedientiā a ministris seu custodibus vel guardianis eiusdem ordinis exigere: aut de ipsorum institutione vel destitutione siue de statutis ordinis se aliquatenus intromittere: seu prohibere ne ad ciuitates ꝛ villas vbi religiose viuere ꝛ morari possint: a populis euocati audeant accedere: ibiqz pro suis vsibus construere edificia seu ecclesias ꝛ oratoria: aut in sic accedentes seu in construentes fratres huiusmodi vel receptatores ipsorum: excōmunicationis sententias pferre presumant. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 538. ¶ Idē babetur quoad fratres carmelitas. B. fo. 186. cōce. 476. Et quoad fratres predicatores. B. ffo. 238. conce. 564. Et quo ad Augustinenses. B. ffo. 246. conce. 604.

6

Canonica portio.

¶ Idem Clemens exemit prefatos fratres a solutione canonice portionis de ornamentis ꝛ pluribus alijs prout ad longum positum est supra in dictione Canonica portio. §. 3.

7

Exemptio a quibuslibet exactionib⁹.

¶ Idem Clemens concessit eisdem fratribus minoribus: vt ad prestationem procurationum legatorum sedis apostolice vel nuntiorꝝ ipsius seu diocesanorꝝ locorꝝ: aut exactionum vel collectarꝝ seu subsidiorum vel prouisionum quorumcunqz minime teneantur. Nec ad ea soluenda per litteras dicte sedis apostolice aut legatorum vel nuntiorum eiusdem: seu rectorꝝ terrarum ecclesie romane: cuiuscūqz tenoris fuerint cōpelli possint: nisi huiusmodi littere apostolice impetrande: plenam ꝛ expressam de hoc indulto ꝛ ordine predicto: fecerint mentionem. B. fo. 59. Et ffo. 142. conce. 541.

8

De exēptiōe ab omni iu-

¶ Idem Clemens exemit eosdem fratres ab omni iurisdictione prelatorum ecclesie ordinariorum. Ita q non obstante constitutione Innocentij 4. non teneantur fratres predicti: pro quibuscunqz causis vel delictis: prelatis

locorum ordinarijs subiacere. Decernens irritum ⁊ inane quicquid secus attentari contigerit. B. 59. Et ffo. 142. conce. 342.

¶ Idem Clemens prohibuit: ne fratres minores ab aliquo legato (nisi de latere sedis apostolice misso) vel sublegato aut subdelegato: auctoritate litterarū apostolicarum excommunicari suspendi aut interdici possint: nisi littere ipse plenam ⁊ expressam de predicto ordine ⁊ indulto huiusmodi facerent mentionem. B. ffo. 5. conce. prima.

jurisdictiõe p̃latoꝝ ecclie. 9

Excõicatio.

Nicolaus. 4. concessit exemptionem totalem ordini minorū: decernens ordinem predictum ⁊ fratres eiusdem: immediate sedi apostolice subiacere. Ac ecclesias ⁊ oratoria domus loca libros vtensilia: ⁊ alia mobilia ⁊ immobilia (quorum vsum habent fratres prefati) in ius ⁊ proprietatem sedis apostolice suscepit. B. fo. 28. Et ffo. 112. cõce. 243.

10

Immediata subiectiõe sedi apostolice

¶ Vide ampliationem prefate concessionis infra. §. 14.

Bonifacius. 8. confirmauit litteras predecessorum suorum: super exemptione pridicta: ⁊ de nouo exemit fratres minores prefatos ⁊ illorum ordinem: ab omnium ⁊ singulorū quorumlibet prelatorum ⁊ personarum ecclesiasticarum omnimoda potestate ac iurisdictione: decernens prefatos fratres ⁊ ordinem eorum immediate sedi apostolice tantūmodo ⁊ romano pontifici subiacere. b. fo. 31. Et ffo. 31. conce. 54.

11

Cõfirmatio exẽptionũ supascriptarum.

¶ Idem Bonifacius concessit monialibus sancte Clare: vt ad prestationem decimarum de quibuscūq; possessiõibus: ⁊ omnibus alijs bonis que iuste habuerint: vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum: ⁊ etiam legatorū: ⁊ nuntiorum sedis apostolice: ac quibuslibet talijs ⁊ collectis: aut ad exhibendum pedagia telonea ⁊ alias exactiones quibus suis regibus principibus seu alijs personis: minime teneantur: nec ad id compelli aliqualiter valeant. B. fo. 38. Et ffo. 122. conce. 267.

12

Pro monialibus sancte Clare.

¶ Idem Bonifacius dedit copiosam exemptionem fratribus Augustinensibus ⁊ eorum ordini: sicut cõcesserat fratribus ⁊ ordini mi. B. ffo. 247. conce. 619.

13

Pro augustinensibus.

Benedictus. 11. exemit ordinem fratrum minorum: sicut fecerat Nicolaus. 4. supra. §. 10. ⁊ addidit q̃ nec etiam ratione delicti commissi vel initi contractus: aut rei site vel posite seu existentis extra loca eorumdem fratrum exempta: possint coram ordinarijs vel alijs prelatis ecclesiasticis molestari seu quomodolibet conueniri. Non obstante constitutione Innocentij. 4. in contrarium faciente. B. fo. 24. Et ffo. 108. concessione. 232.

14

Ampliatio exẽptionum supascriptarum.

Martinus. 5. approbauit ⁊ confirmauit litteras Bonifacij. 9. qui dedit amplissimam exemptionem ordini fratrum predicatorum: ⁊ ab ea dependentibus: sub sequentibus verbis. Vestigijs nonnullorum predecessorum nostrorum inherentes: ordinem ipsum ac magistrum generalem ⁊ priores ⁊ fratres predictos: necnon quascunq; sorores: ac domos monasteria: ⁊ hospitalia quecunq; : que sub cura ⁊ regimine ordinis fratrum predicatorum fuerint pro tempore constituta: ⁊ eorum rectores ⁊ gubernatores cum omnibus suis iuribus ⁊ pertinentijs: que in presentiarum obtinent: ⁊ in futurum (dante domino) iustis modis poterunt adipisci: ab omni iurisdictione dominio subiectione ⁊ potestate: quorumlibet

15

Plenissima exẽptio pro fratrib⁹ pdicatoribus ⁊ alijs psonis eis subiectis

quorumlibet ordinariorum ⁊ prelatorum ac personaꝝ ecclesiasticaꝝ: necnon a solutione cuiuscūqꝫ collecte pedagij aut cuiuscūqꝫ alterius generis exactionis: de apostolice potestatis plenitudine: ⁊ de certa scientia prorsus eximimus ⁊ totaliter liberamus: illaqꝫ in ius ⁊ proprietatem beati Petri ⁊ sedis apostolice: ⁊ sub eorum speciali ⁊ immediata protectione suscipimus: decernentes ordinem magistrum priores fratres ⁊ sorores qui nunc sunt ⁊ erunt pro tempore domos monasteria loca ⁊ hospitalia supradicta: eorumqꝫ rectores ⁊ gubernatores: cum omnibus iuribus ⁊ pertinentijs huiusmodi: soluꝫ immediate sedi apostolice subiacere. Ita ꝙ ordinarij ⁊ plati huiusmodi: siue queuis alia persona generaliter vel specialiter aut cōmuniter vel diuisim: nō possint quauis auctoritate excommunicationis suspensionis ⁊ interdicti sententias promulgare: aut alias etiam ratione delicti seu contractus vel rei de qua agitur: vbicunqꝫ cōmittatur delictum: iniatur contractus: aut res ipsa cōsistat: potestatem seu iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere. Ibidem etiā cōcedit omnibus supra nominatis: eremptionem a solutione decimarum ⁊ pedagioꝝ ⁊ collectaꝝ valde copiosissime: ita ꝙ in omnibus exemptiōibus ordinum mendicantiū: nulla reperitur copiosior. b. ffo. 162. cōce. 681. Et habetur sub autentico. B. fffo. 80. conce. 140. sub nomine Eugenij. 4.

Exactiones.

Decime.

16 Pro fratrib⁹ ꝑdicato.

Eugenius. 4. approbauit ⁊ confirmauit litteras Bonifacij. 9. ⁊ Martini. 5. in quibus datur copiosissima exemptio ordini fratrum predicatorum: vt supra positum est. §. 15. Hec autem approbatio Eugenij habetur auctentica. B. fff. 80. conce. 140.

17 Pro monialibus sancte Clare. Decime. Exactiones.

¶ Item Eugenius exemit ordinem sancte Clare abbatissas conuentus moniales monasteria ⁊ loca eiusdem ordinis: cum omnibus iuribus ⁊ pertinentijs ac bonis mobilibus ⁊ immobilibus quibuscunqꝫ: ab omni iurisdictione ac dominio ⁊ potestate quorumcūqꝫ legatoꝝ ⁊ prelatorum ecclesiasticorum: cū maximis clausulis ⁊ non obstantijs. Ac similiter exemit a prestatione seu solutione decimarum collectaꝝ talliaꝝ subsidioꝝ angariarum ac quarumlibet aliarum exactionum. b. ffo. 41. conce. 46.

18 Excōicatio. Generalis. minister. Correctio. Exemptio.

Nicolaus. 5. quia aliqui ecclesiarum prelati ⁊ alij: non obseruabant exẽptionis litteras concessas fratribus mi. statuit ⁊ mandauit: vt nulla persona cuiuscunqꝫ dignitatis gradus status vel conditionis existat: de cetero predictos fratres molestare: aut perturbare presumāt: sub excōmunicationis pena ipsofacto incurrēda: si post monitionem ab huiusmodi fratribus factam: contrarium presumpserint. ¶ Et ibidem concedit generali ministro potestatem corrigendi omnes fratres dicti ordinis: siue in monasterijs monialium siue in alijs domibus ⁊ heremitorijs seu locis cōmorantes: etiam ab obedientia visitatione ⁊ correctione dicti ministri per specialia sedis apostolice indulta: se exemptos esse (preter regule ⁊ statutorum dicti ordinis formam) pretendentes. Non obstantibus quibuscunqꝫ priuilegijs: exemptiōib⁹ ⁊ indultis apostolicis: in genere vel in specie ꝓcessis. b. ffo. 47. ꝓce. 50.

19 Decime.

Sixtus. 4. exemit fratres mi. a solutione decimarum quarumcunqꝫ etiam papalium: vt habetur supra ad longum in dictione Decime. §. 5.

20 Decime.

¶ Item Sixtus exemit moniales sancte Clare a solutione decimarum: etiam illaꝝ terrarum ⁊ possessionū quas per colonos faciunt cultiuari: prout

positum est supra in diction: Decime.§.7.

¶ IDem sixtus exemit ecclesias parrochiales apud quas mōasteria fratrū mi. sunt cōstructa: ⁊ capellanos in illis pro parte fratrū eorūdē positos ad seruiendū: a iurisditione ⁊ superioritate ordinarioꝝ. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 351. Et habetur supra latius in dictione Ecclesie fratrum. §. 4. vide ibi. 21 Parrochia. ecclesie.

¶ IDem sixtus inhibuit locoꝝ ordinarijs: sub interdicti ingressus ecclesie ⁊ suspēsionis a regimine: ⁊ administratione ecclesiarum suarum ac rectoribus ⁊ alijs quibuscunqꝫ sub excōicationis late sententie ⁊ priuationis earūdem parrochialiū ecclesiaꝝ: ac omniū alioꝝ beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ que obtinēt: necnon inhabilitationis ad illa ⁊ alia imposterū obtinēda penis (eoipso per eos qui cōtra fecerint incurrēdis) ne ordines fratrū predicatorū ⁊ minoꝝ: ⁊ illoꝝ domos: ⁊ pfessores: preter aut cōtra tenorē priuilegioꝝ suoꝝ per litteras apostolicas cōcessorū: eos inquietare seu molestare presumāt. Ac eos aut testamentoꝝ vltimarūqꝫ volūtatū executores ⁊ heredes seu quoscunqꝫ alios: directe vel indirecte: ad solutionē cuiuscunqꝫ quarte parrochialis seu canonice vel alterius portionis seu oneris vel ad faciēdū celebrari aliquod officium in eoꝝ ecclijs vel alibi: dum apud ipsos fratres decedentiū corpora tumulantur: ante vel post eoꝝ sepulturā cogant. Nec confessis victis fratribus eucharistie seu extreme vnctionis sacramēta sine rationabili causa denegare vel illorū exhibitionem maliciose diferre: aut eorū parrochianis ne predictis fratibus cōfiteantur prohibere vel persuadere: nec etiā ad premissa aut aliquod premissorum auxiliū consilium vel fauorem dare directe vel indirecte quo quomodo presumant. B. fo. 61. Et ffo. 145. conce. 355. 22 Excōicatio. Quarta. Sacramēta.

¶ IDem sixtus cōcessit fratribus Carmelitanis copiosam exemptionē: dicens in summa: qꝫ nullus ordinarius seu legatus quauis auctoritate vtens: quācunqꝫ superioritatē sup predictos fratres sibi vēdicare psumat. Neqꝫ aliquis absqꝫ speciali cōmissione sedis apostolice: faciēte mētionē de verbo ad verbum de hmōi indulto: valeat pmulgare aliquas sentētias excōmunicationis seu alias cēsuras super eosdē. Et voluit qꝫ pcessus facti cōtra fratres prefatos: pro infectis habeātur: etiaꝫ si eorum exēptio (vtpote notoria) non fuerit allegata. B. fo. 99. Et ffo. 185. cōce. 449. Et etiā ffo. 185. conce. 466. extēdit exēptionem predictorum fratrum ad hoc vt nullus possit compellere eos ad cognoscēdum causas: ⁊ pleraqꝫ id genus: etiā per litteras apostolicas non facientes de indulto hoc special: m mentionem. 23 Pro fratribus Carmelitis. Excōicatio.

¶ IDem sixtus exemit predictos fratres Carmelitas a quacunqꝫ iurisditione inquisitorum hereticе prauitatis: cum magnis non obstātijs. B. fo 112. Et ffo. 196. conce. 489. 24 Pro Carmelitis.

¶ IDem sixtus dedit copiosam exēptionē fratrib⁹ ordinis predicatorum: ad instar exēptionis date fratribus Carmelitis ⁊ Mino. B. o. ffo. 238 conce. 560. ⁊. 564. ⁊ vsqꝫ ad concessionem. 570. 25 Pro fratrib⁹ pdicato.

Innocentius. 8. cōfirmauit ac de nouo cōcessit litteras Clemētis. 4. ⁊ Sixti. 4. eximētes fratres mi. a iurisditione inquisitoꝝ hereticе prauitatis: prohibēdo eosdem inquisitores cōtra fratres huiusmodi quomodolibet procedere vel inquirere. b. ffo. 52. conce. 60. 26 Inqsitores hereſis.

Leo. 10. cōfirmauit lras predictas Innocētij. 8. ac de nouo pcessit easdē: inferēdo illas de verbo ad verbū: decernēs illas debere inuiolabiliꝫ 27

obseruari a quibuscūq; inq̄sitoribus hereticē prauitatis. B. fffo. 21. ꝑce. 64.

28 Inq̄sitores hereticē.

¶ Idem leo iterum prohibuit districte inquisitoribus heretice prauitatis: ne se vllo modo intromittant de fratribus mino. super quo dedit conseruatores vniuersos ecclesiarum prelatos. B. fffo. 20. conce. 63.

29 Pro mōia. sctē Clare.

¶ Idem leo approbauit ac de nouo cōcessit ꝛas suoꝝ ꝑcessoꝝ: q̄ exemerāt moniales sctē Clare ab oī iurisdictiōe sedis aplice: ⁊ a solutiōe quarūcūq; decimarū: ⁊ ē terris ⁊ possessiōib⁹ q̄s p colonos faciūt cultiuari. b. fffo. 44. ꝑc. 159

30 Pro mo. s. Cla. ⁊ tertia.

¶ Idem leo postea exemit monieles sctē Clare ⁊ tertiarias a solutione cuiuslibet decime vel taxe: etiā p sedē aplicā iposite: si tñ ita sunt paupes: q̄ ipsaꝝ reddit⁹ non sufficiūt pro cōmoda illaꝝ sustentatione. B. fffo. 47. cōce. 143.

31 De cōmissarijs cruciate

¶ Idem leo exemit fratres minores obser. a iurisdictione cōmissarioꝝ cruciate ⁊ alijs cōsimilibus: precipiens hmōi cōmissarijs sub grauibus cēsuris: ne assumāt fratres minores prefatos ad predicādum cruciatam. B. fffo. 48. conce. 144. Hoc positum est supra ad logum in dictione Cruciata. §. 4.

Collector.

¶ De exemptione a quarte funeralis solutione: sunt multe cōcessiones diuersorum pontificum supra posite in dictione Canonica portio.

¶ Sed circa hāc materiā est aduertendū q̄ suprascriptaꝝ exēptionū: ⁊ nōnullaꝝ aliaꝝ cōcessionū in fauorē fratrū mēdicantiū cōcessaꝝ: fuerūt alique derogate p cōciliū Lateran ēse vltimo celebratū: vt positū est in dictione Conciliū. §. 6. Attñ q̄ vt ibidē. §. 7. dicit: fuerūt reualidata nostra priuilegia: ⁊ per consequēs sunt annullate hmōi modificationes seu derogationes: ideo nō oportet illas hic inserere: presertim quia quo ad exēptionem propriē sumptaꝝ: fere nihil innouatum seu derogatum per concilium prefatum.

Familiares seu famuli fratrum.

1 Interdictū.

Alexander 4. fecit quādā ꝑcessionē famul' seu familiarib⁹ ⁊ procuratoribus ac operarijs fruꝝ p tpe interdicti: q̄ pōt ad tēpꝰ in dictoꝝ Interdictū. 3. i. §. 1. vide ibi.

1 Ex priuileg. carmelitaꝝ.

Alexander 4. cōcessit fratrib⁹ ordinis Carmelitaꝝ faculatem ministrandi ecclesiastica sacramenta familiaribus suis: ac tradendi eos sepulture ecclesiastice cum decesserint. B. fo. 85. Et ffo. 168. conce. 391.

3 Sacramēta. Sepultura. 4

Clemens 4. cōcessit fratrib⁹ mi. vt bis q̄ in eoꝝ morant⁹ obsequijs: cūcta libere ministrare possint ecclesiastica sacramēta: ⁊ ipsos cū decesserint in suis cemiterijs sepelire. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 315.

¶ Idem clemēs fecit alterā cōcessionem famulis seu familiaribus ⁊ procuratoribus ac operarijs fratrū minoꝝ: prout ad longum positum est in dictione Interdictum. 3. in. §. 3. Vide ibi.

5 Ex priuileg. fratrū ꝑdi.

Gregorius 11. fecit cōsimilē cōcessionē familiaribus fratrū ordinis ꝑdicatoꝝ: p eadē verba sicut Clemēs. 4. fecerat familiarib⁹ fratrū mi. vt supra positū est, §. 5. ⁊ 4. B. ffo. 136. conce. 546.

6 Indulgētia

Virtus 4. cōcessit q̄ illi qui sunt in seruitio fratrum mi. ⁊ sororꝝ sancte Clare: habeant indulgentiam plenariam in morte: ac semel in vita de reseruatis. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce 96.

7 Ex priui. fra.

¶ Iuli⁹. 2. ꝑcessit fratrib⁹ ordinis minimoꝝ: q̄ famuli domoꝝ suī ordinis: dictaq̄ ceteri eiusdē ordinis habitū portātes: ⁊ in articulo mortis in pictis do-

minimcũ.

mibus sepulturã eligẽtes: oĩbus ⁊ singulis ꝓuilegijs ordinis minimoꝝ hmõi quomodolibet cõcessis: gaudere: ⁊ libere: ⁊ licite valeant. B. ffo. 8. conce. 22.

Sepultura. 8

Leo. 10. in cõcilio Lateranensi statuit: ꝙ fratres famulis coũ obsequio insistentibus: sacramẽta ecclesiastica nullatenus ministrare valeãt: nisi illorum durante obsequio. B. fffo. 26. conce. 74.

Prohibitio. Sacramẽta. 9

¶ Idem leo vbi supra statuit: ꝙ ꝓcuratores ⁊ negociorꝝ gestores ac operarij fratrum seruitijs insistẽtes sententijs excõmunicationis promulgatis illaqueati sint ⁊ esse censeantur: si illis causam dederint aut dantibus consilium auxilium vel fauorem prestiterint. B. fffo. 26. conce. 85.

Excõicatio.

¶ Aduerte ꝙ nõnulla alia cõcessa sunt in fauorẽ familiariũ fratrũ ꝑ tpe interdicti. Et q̃ hec posita sunt supra in dictõe Interdictũ. 3. in oĩb⁹. §. ideo supfluus foret hic illa repetere.

Collector.

Festiuitas.

Gregorius. 9. ꝑcepit vniuersis ecclias ꝓlatis: vt excitẽt deuotionẽ fid eliũ ad veneratiõẽ sci Frãcisci ac ꝙ solẽnitatẽ ei⁹. 4. nonas Octobris: ãnis singulis soleniter celebrẽt: ⁊ celebrãdã denũciẽt. b. fo. 19. ⁊ ffo. 22. ꝑce. 2.

1 De scto Frãcisco.

¶ Idem gregorius similiter ꝑcepit ecclesias ꝓlatis: quatenus deuotiõẽ fideliũ ad veneratiõẽ sancti Antonij ꝺ Padua excitantes: festiuitatẽ ipsius idibus Junij: annis singulis celebrent: ⁊ faciant soleniter celebrari. B. fo. 117. Et ffo. 200. conce. 491.

2 De scto Antonio.

Martinus. 5. statuit: ꝙ de oĩb⁹ festis triũ lectionũ: festa nouẽ lectionũ fiãt. Et ꝙ vtrũq; festũ. s. Crucis: sub duplici offõ celebrẽt. Ac ꝙ rubrica ꝺ festis occurrẽtib⁹ infra octa. nõ intelligãt de ꝑcedẽtib⁹ seu residuis: ꝛ solũ de existẽtib⁹ seu occurrẽtibus infra octa. b. ffo. 36. ꝑce. 41.

3 Officiuꝝ diuinum. Octaua.

Eugenius. 4. dixit: ꝙ seculares laborãtes in festis sancte Crucis: ⁊ sancti ℳichaelis septembris: ac sanctorum Innocentium: ⁊ sancti Siluestri: se nolle ꝙ peccent mortaliter: nisi venerint in dominica. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 83. Et fffo. 101. conce. 396.

4 Pro sclaribus laboratoribus.

¶ Idem eugenius dispensauit cũ barbitonsoribus: vbi est consuetudo in sabbatis ⁊ vigilijs de sero radere barbas. o. fffo. 101. conce. 400.

5

Sacrosancta sinodus gnalis Basiliẽsis renouauit institutionẽ ꝺ celebrãda festiuitate scte ꝯceptiõis virginis ℳarie: q̃ tã ꝑ romanã q̃ ꝑ alias ecclias: sexto idus decẽbris statuit ⁊ ordinauit in oĩbus ecclesijs ⁊ monasterijs ⁊ conuẽtibus xp̃iane religionis: sub noĩe conceptionis: festiuis laudibus colendam esse. b. fo. 42. Et ffo. 40. conce. 45.

6 De cõceptione virginis.

Sirtus. 4. cõcessit ꝙ fiat festũ sancti Bonauẽture dñica scꝺa Julij: nisi fuerit primo ponenda. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 134.

7 De. s. bona.

¶ Idem sixtus cõcessit vniuersis ⁊ singulis xp̃i fidelib⁹ vere penitẽtibus ⁊ cõfessis: qui gloriosi cõfessoris sancti Frãcisci festiuitatẽ (quã perpetuis futuris tpibus celebrẽ esse: ⁊ vt festum duplex a cunctis christianis celebrari: ab omniq; opere seruili abstineri: ⁊ sub obseruantia ⁊ precepto comprehendi voluit) celebrantibus annuatim: decem annos ⁊ totidem quadragenas de iniunctis eis penitentijs relaxauit. B. fo. 46. Et ffo. 130. conce. 291.

8 De scto Frãcisco. Jndulgẽtia.

¶ Aduertẽdũ est circa ꝓdicta ꝙ i libro intitulato firmamẽta triũ ordinũ beati Frãcisci in gallis impresso: cõtinetur hec eadẽ bulla seu breue: attñ vbi hic

Collector.

dicitur decem annos ꝛc. dicitur illic. Quinquaginta annos ꝛc. Et similiter reperi scriptum in quadam tabula antiqua priuilegiorum ordinis. Quid autē istorum sit verius: no potui determinate scire.

9. De quinq; martyrib⁹.

¶ IDEM sixtus cōcessit: q; fratres mi. possint vbiq; solēniter ꝛ publice festum quinq; martyrū sui ordinis (qui apud marrochiū passi sunt. s. Berardi: Petri: Aldiuti: Accursij: ꝛ Ottonis in officio duplici maiori: die. 16. Januarij) celebrare: qua die ab hoc seculo per martyrium recesserunt. B. ffo. 131. concessione. 294.

10 De sctis oib⁹ ordi. mi.

¶ IDEM sixtus concessit: q; possimus dicere Credo in festiuitatibus seu solemnitatibus sanctorū nostri ordinis ꝛ sancte Clare. o. fo. 63. Et ffo. 67. concessione. 118.

11 De. s. Lodo.

¶ IDEM sixtus concessit: q; fratres mi. possint dicere officiū proprium sancti Lodouici episcopi ꝛ confessoris sui ordinis. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 119.

¶ Pro intelligentia indulgentiarum infra ſcriptarum eſt notandum q̃ in ſeptem locis principalibus ſunt miſteria: ⁊ indulgentie Hieruſalem: quoꝝ locorum tria ſunt intra muros: ⁊ quattuor extra muros circuꝫ circa. Intra muros: primus locus eſt mõs Sion: qui eſt quedam pars ciuitatis in altiori loco ſita: vbi Dauid fecit pſalterium: ac vbi ſunt ſepulchra regum iſrael. Ibi etiaꝫ fuerunt domus Anne: ⁊ Cayphe: ac ſanctum cenaculum. Secũdus locus eſt caluarius: qui licet tẽpore paſſionis erat extra ciuitatem: nunc tñ mons eſt intra muros. Tertius locus eſt corpus ciuitatis. Extra ciuitatem vero ſunt reliqua ſancta loca. ſ. Torrens cedron: Vallis ſiloe: Mons oliueti: ⁊ Bethania. In his locis: ſeu partibus continẽtur omnia miſteria intra: ⁊ extra muros ciuitatis ieruſalem: prout late: ac particulariter ſequuntur.

¶ Indulgentie conceſſe in monte ſion.

✠ ¶ In monaſterio mõtis Sion vbi habitãt fratres mino. obſeruã. in loco vbi Chriſtus fecit vltimam cenam: eſt indulgentia plenaria.

✠ ¶ In capella que dicitur ſancti Thome apoſtoli: vbi dominus ei apparuit ⁊c. eſt indulgentia plenaria.

✠ ¶ In capella vbi deſcendit ſpiritus ſanctus in die Pentheoſtes: eſt indulgentia plenaria.

✠ ¶ In loco vbi obijt beata virgo: eſt indulgentia plenaria.

¶ Ubi ſanctus Mathias fuit electus in apoſtolum: ſunt ſeptem anni: ⁊ ſeptez quadragene indulgentie.

¶ Ubi ſanctus iacobus minor fuit electꝰ in primum epiſcopum Jeruſalem: ſunt ſeptem anni: ⁊ ſeptem quadragene indulgentie.

¶ In capella vbi ſanctus ioannes euangeliſta dicebat miſſam domine noſtre: ſunt ſeptem anni: ⁊ totidẽ quadragene indulgentie.

¶ Ubi fuerunt diuiſi ſancti apoſtoli: vt irent ad predicandum per vniuerſum orbem: ſunt ſeptem anni: ⁊ totidẽ quadragene indulgentie.

¶ In loco vbi fuit trãſlatuꝫ corpus ſan-

cti Stephani prothomartyris: sunt septē anni: ⁊ totidem quadragene indulgentie.

¶ In capella que quódam fuit coquina vbi agnus paschalis cene domini assatus est: sunt septem anni: ⁊ totidem quadragene indulgentie.

¶ In introitu domus Cayphe vbi ancilla ostiaria dixit Petro. Et tu cū Jesu galileo eras: sunt septem anni: ⁊ totidem quadragene indulgentie.

¶ In medio prefate domus Cayphe: vbi Petrus negauit Christum: sunt septē anni: ⁊ septem quadrage. indulgentie.

¶ Juxta predictam domum est locus qui dicitur galli cantus: ⁊ sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In quodā loco vbi Christus in domo Cayphe stetit vsq; mane postq̄ fuit captus in nocte passionis: sunt septem anni ⁊ septem quadrage. indulgen.

¶ Prope dictam domū est locus vbi domina nostra venit: ⁊ stetit postq̄ sciuit captionem filij sui: ⁊ sunt ibidem septem anni ⁊ septem quadrage. indulgentie.

✠ ¶ In domo Anne vbi Christo fuit data alapa: est indulgen. plena.

¶ Juxta predictam domum est locꝰ vbi iudei voluerūt capere corpus domine nostre cum deferretur ad tumulandum: et sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

✠ ¶ In prefato monte sion est locus vbi decollatus fuit sanctus iacobꝰ maior: ⁊ ibidem est indulgentia plenaria

¶ Indulgentie concesse in monte caluario.

✠ ¶ Prope foramen vbi posita est crux christi: ⁊ ipse ibi crucifixus: est indulgētia plenaria.

¶ Vbi Melchisedech obtulit panem: et vinum: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ Ibidem prope est locus vbi Abraā voluit immolare isaac: ⁊ sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadrage. indulgentie.

✠ ¶ In loco vbi dominus de cruce depositus: fuit positus in gremio domine nre: est indulgentia plenaria.

✠ ¶ In sancto sepulchro Christi: est indulgentia plenaria.

✠ ¶ In quadam capella que est iuxta locus vbi crucifixus est christus est quedam scala: ibidemq; est indulgentia plenaria.

✠ ¶ Sub rupe vbi dominus crucifixus est: habetur quedā capella in qua sancta Helena reperit crucem dominicam: ⁊ est ibi indulgentia plenaria.

¶ In alia capella vbi est columna sup quā sedit christus cum fuit spinis coronatus: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In altera capella vbi sortes misse sunt super vestem christi: sunt septem anni: et septem quadragene indulgentie.

¶ In specu quadam vbi positus est christus interim q; crucifixiones aptabāt crucem: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In horto vbi dominus stetit quando post resurrectionem apparuit Magdalene: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ Item in loco vbi stabat Magdalena in horto: sunt septem anni ⁊ totidē quadragene indulgentie.

¶ In eodem loco est quedā concauitas in star fenestre vbi est pars colūne in qua flagellatus fuit christus: ⁊ sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In altari capelle vbi sunt duo suprascripta: est quedam particula vere crucis: et sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In prefata capella est locus vbi quādo fuit inuenta sancta crux resuscitata est p impositionem illius quedam mulier defuncta: ⁊ sunt ibi septez anni: ⁊ septē quadragene indulgentie.

¶ Indulgentie concesse in corpore ciuitatis.

¶ In quadam domo vbi fertur q; nata est

est beata virgo maria sunt septem anni et septem quadrage. indul. Alibi tamen reperitur q̄ est indulgentie plenaria.

¶ In probatica piscina vbi descēdebat angelus ⁊ mouebat aquā ⁊c. sunt septem anni: ⁊ septem quadrage. indulgentie.

✠ In domo pilati est indulgētia plenaria.

¶ In via per quā xp̄s ductus est ad crucificandum: que appellatur via amaritudinis: vbi est domus sancti Lazari ⁊ sororū eius: ac etiam domus phariſei ad quā venit magdalena: sunt ibi septem anni: ac septem quadragene indulgentie.

¶ In domo illius femine que appellatur Veronica: sunt septem anni: ⁊ septē quadragene indulgentie.

✠ ☞ In templo Salomonis vbi presentata ⁊ nutrita est beata virgo: indulgentia plenaria.

✠ ¶ In porta que dicitur aurea per quaz ingressus est Christus dn̄ica in ramis palmarum: est indulgentia plenaria.

¶ In domo vbi natus est sanctus ioānes euangelista: sunt septem anni: ⁊ septē quadrage. indulgentie.

¶ Vbi dn̄s post resurrectionē apparuit tribus marijs dicens eis Auete: sunt septem anni: ac septem quadragene indulgentie.

¶ In loco vbi dn̄s ferē cecidisse sub cruce: sunt septē anni: ⁊ septē quadra. indul.

☞ Hucusq; indulgentie que habētur intra muros ierusalem: nunc sequūtur que sunt extra.

¶ Indulgentie concesse in valle Siloe.

☞ In valle siloe est locus acheldemach emptus. 30. argenteis quibus vēditus est christus: ⁊ sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In natatoria siloe vbi Christus misit cecū vt se lauaret ⁊ videret: sunt septē anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In prefato valle est locus in quo sanct⁹ Ysaias prophēta fuit sectus serra lignea: ⁊ sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In eodem valle est spelunca in qua sanctus petrus post negationē Christi se iclusit: ⁊ sunt ibi septem anni: ⁊ septez quadragene indulgentie.

¶ Indulgentie concesse in torrente Cedron.

¶ In horto gethsemani vbi in nocte passionis Christ⁹ dimisit .8. apostolos: sunt septem anni: ⁊ septem quadrag. indulgē.

✠ ¶ In eodem horto vbi Christus ter orauit: indulgentia plenaria.

¶ In spelunca in qua sanctus Jacob⁹ alpheus se inclusit post captionem Christi: promittens non comedere donec videret illum resuscitatum: sunt septē anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ Prope hm̄oi torrentē cedron est locus vbi fertur q̄ natus est sanctus zacharias pater Joannis baptiste: ⁊ sunt septem anni: ⁊ septem quadrage. indulgentie.

¶ Indulgentie concesse in valle ioſaphat.

✠ ¶ In valle ioſaphat est sepulchrum dn̄e nostre vbi est indulgen. ple.

¶ Inter prefatum sepulchrum ⁊ ciuitatez ierusalem est locus vbi lapidatus est sanctus Stephanus: ⁊ sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadrage. indulgentie.

¶ Indulgentie concesse in monte Olyueti.

¶ In descensu montis olyueti vbi videns iesus ciuitatem fleuit super illam: ferturq; sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In pfato monte vbi dn̄s docuit apostolos orare: ⁊ cōposuit P̄r noster sunt septē anni: ⁊ totidem quadrage. indulgentie.

¶ Vbi dominus predicauit octo beatitudines: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶ In eodez monte fertur q̄ annunciauit angelus beate virgini transitū suum deferens ei palmam: ⁊ sunt ibi septem anni: ⁊ septem quadrage. indulgentie.

✠ ¶ In loco ex quo christus ascendit visibiliter in celum: est indulgentia plenaria.

¶In supradicto monte est locus vbi apostoli post aduentū spiritus sancti cōposuerunt: Credo in deum: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

✠¶Prope locum ex quo dñs ascēdit in celū: est locus qui dicebatur galilea vbi Christus promisit apparere: ⁊ apparuit apostolis post resurrectionem: ⁊ est ibi indulgentia plenaria.

¶Juxta prefatū locū erat ficulnea quam maledixit christus: ⁊ sunt ibi septem anni ⁊ septem quadrage. indulgentie.

¶Indulgentie Bethanie.

¶In domo Marthe hospite christi: sunt septem anni: ⁊ septem quadrage. indulg.

¶In domo marie magdalene: sunt septē anni: ⁊ septem quadrage. indulgen.

¶In medio predictarum domorū est locus vbi Martha dixit christo: domine si fuisses hic ⁊c. ⁊ sunt ibi septem anni: ac septem quadragene indulgentie.

✠¶In loco vbi sepultus fuit Lazarus: ⁊ ex quo resuscitatus est a christo: est indulgētia plenaria.

¶In domo Simonis leprosi vbi magdalena vnxit caput christi: sunt septem anni ⁊ septem quadrage. indulgen.

¶Aduerte qꝫ in summa in ciuitate ierusalem: ⁊ in prefatis locis extra muros eius habentur. ꝛi. indulgentie plenarie: ⁊. 48. vicibus septē anni: ⁊ septē quadragene indulgētie. Et hoc absqꝫ alijs multis indulgentijs que habentur in reliquis locis terre sancte: sicut in Bethleem: Nazareth ⁊c Quas autem indulgentias nō apposui hic quia concessio Leonis suprapposita in. ℔. ꝛ. non se extendit ad illas.

¶Aduertendum est etiam qꝫ vltra suprascriptas indulgētias quas in vulgari modo prenotato inueni: ⁊ in latinū transtuli: reperi nonnullas alias in quadā alia summa attinentes ad supradicta loca sancta: quas etiam hic superaddere placuit: prout sequitur.

¶In introitu ciuitatis ierusalem conse quuntur peregrini ingredientes per portam ciuitatis. 40 annos ⁊ totidem quadragenas indulgentie.

✠¶In ecclesia sancti sepulchri: est indulgētia liberationis anime a pena ⁊ culpa.

✠¶In domo Herodis vbi christus fuit illusus: est indulgen. plenaria.

✠¶In domo vbi quondā habitauit beata virgo Maria: est indulgen. plena.

¶In loco quodam vbi dominus assidue predicabat: sunt septem anni: ⁊ septē quadragene indulgentie.

¶In loco vbi christus illuminauit cecum natum: sunt septem anni: ⁊ septē quadragene indulgentie.

¶In domo sancti Simeonis prophete: sunt septē anni: ⁊ septē quadrage. indulg.

¶Juxta lapidem quendam vbi fertur qꝫ dñs sanauit multos infirmos: sunt septē anni: ⁊ septem quadrage. indulgen.

¶In loco vbi iudei voluerunt arguere christum de peccato: sunt septem anni: ⁊ septem quadrage. indulgentie.

¶In turri Dauid que fertur se inclinasse christo: sunt septem anni: ⁊ septez quadragene indulgentie.

¶In torrente cedron vbi erat lignum ex quo facta est crux: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶In cenaculo vbi dominus lauit pedes discipulorum suorum: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶In loco vbi angariauerunt Simonem cireneum vt tolleret crucem christi: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶In loco vbi sunt due petre albe super quas sedit Christus lapsatus ex pondere crucis: sunt septez anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶In loco qui dicitur pasmus beate virginis vbi videns christum oneratū cruce cecidit velut mortua: sunt septem anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

¶In loco vbi dominus apparuit matri sue post resurrectionem: sunt septez anni: ⁊ septem quadragene indulgentie.

Indulgentie ſcti Jacobi.

¶In eccleſia que fuit domus vbi habitauit beata virgo poſt Chriſti aſcenſionem: ſunt ſepté anni: ⁊ ſepté quadrage. indul.

Indulgentie quoad fratres.

¶In oratorio vbi beata virgo faciebat orationem: ſunt ſeptem anni: ⁊ ſepté quadragene indulgentie.

Sequuntur indulgentie conceſſe ſancto Jacobo in compoſtella: quibus etiam potiũtur ⁊ gaudẽt fratres minores: ac alij quibus eorũ priuilegia ſunt communicata: prout ſuperius dictum eſt.

1 ¶Primo quicũq; ad eccleſiam ſancti Jacobi in cõpoſtella quocũq; ipe venerit: cõceditur ei remiſſio tertie partis peccatorũ.

2 ¶Secundo conceſſum eſt: q; ſi quis veniendo: aut ſtando: vel redeundo cauſa viſitationis dicte eccleſie deceſſerit: habita penitentia de commiſſis: omnia peccata ſint ei remiſſa.

3 ¶Tertio q; omnes qui incedunt ſingulis dominicis diebus in proceſſiõe que fit in dicta eccleſia: habeãt pro qualibet proceſſione: ⁊ cõſecratione. 40 dies indulgẽtie. Et ſic per totam hebdomadam. Et ſi eſt feſtũ habent. 300. dies: vltra predictam indulgentiam tertie partis ⁊c.

4 ¶Quarto in feſto dedicationis predicte eccleſie: ac in vigilia: ⁊ feſto ſancti Jacobi habent. 600. dies vltra indulgentiam tertie partis ⁊c.

5 ¶Quinto omnes audiẽtes miſſam ab archiepiſcopo: vel cardinali in altari ſancti Jacobi: habent. 200. dies: vltra predictas indulgentiam.

6 ¶Sexto Calixtus papa cõceſſit: q; quando acciderit feſtũ ſcti Jacobi celebrari in ✠dñica: q; in toto anno illo cẽs ibi cõcurrẽtes in peregrinatione: vere penitẽtes: ⁊ cõfeſſi: ſint abſoluti: a pena ⁊ culpa.

Collector **Notandum** eſt inſuper q; vltra predictas indulgentias: directe: ac preciſe cõceſſas perſonis fratrũ mi. ⁊ monialium ſancte Clare. ⁊c. poſſunt etiam ijdem fratres ⁊ moniales gaudere indulgentijs cõceſſis generaliter viſitantibus ſuas eccleſias: vel monaſteria in certis feſtiuitatibus: ⁊ alijs diebus anni: viſitando ſimiliter ſuas eccleſias: vel capellas cũ intentione lucrãdi hmõi indulgentias: aut remiſſiones peccatorũ. Et hoc etiam ſi in cõceſſionibus talium indulgentiarum ſit additum: q; eas lucrentur porrẽgentes manus adiutrices. Nam tunc dicendo quinq; Pater noſter: ⁊ totidem Aue maria pro felici ſtatu ſcte eccleſie: poterũt illas abſq; dubio lucrari: etiaſi eſſent in alijs eccleſijs cõceſſe: virtute cuiuſdã cõceſſiõis Leõis decimi ſupra poſite in dictione indulgentie nõn plenarie quoad fratres in. §. 4.

Collector ¶Pro validitate ⁊ firmitate ſupradictarum indulgentiarum: notanda eſt ſequens conceſſio.

Leo. 10. conceſſit ⁊ declarauit: q; virtute bullarum cruciate contra infideles: aut aliarum indulgentiarum generalium quaſcunq; reuocationes vel ſuſpenſiones priuilegiorũ ordinũ: etiã mendicantiũ cõtinẽtes: nũq; intelligãtur reuocata: nec ſuſpẽſa indulta: priuilegia: ⁊ gratie conceſſe quoad perſonas fratrum minorum obſer. ⁊ quo ad ſuſpendendum interdictum in feſtiuitatibus ſanctorum ſui ordinis: niſi de ipſis ſpecifice: ac nominatim mentionem facerent. O. fſſo. 59. conce. 177.

Collector ¶Aduertẽdũ tamẽ eſt circa hec q; nõ propterea debet credi non poſſe reuocari prefatas indulgentias: ⁊ alia priuilegia fratribus conceſſa. Circa quod vide q; ſupra poſui in hac dictione indulgentie ſtationum quo ad fratres: in fine cuiuſdam conceſſionis Sixti. §. 7. Et ſimiliter vide infra poſita in dictione Priuilegia in fine conceſſionum

Indulgentie quo ad seculares: primo.

Collector.

Distinctio indulgentiarū quo ad seculares.

Quia indulgentie que continetur in priuilegijs fratrū minorum: quibus possunt gaudere psone seculares sunt diuerse: ac respectu diuersorum operum que ad illas promerendas oportet huiusmodi seculares facere: ideo vt melius agnosci valeāt: sub sequēti ordine distincte sunt. ¶ Primo namq; ponūtur indulgentie que concedūtur visitantibus ecclesias fratrum minorum in precipuis festiuitatibus anni. ¶ Secundo numerantur ille que pro tempore quadragesimali concesse sunt. ¶ Tertio alie que pro reliquis diebus anni concesse reperiuntur. ¶ Quarto sequuntur indulgentie concesse facientibus predictis fratribus aliqua opera pietatis. ¶ Quinto loco adduntur nonulle remissiones peccatorum quas concedere possunt fratres predicantes. ¶ Sexto superadduntur multe alie indulgentie concesse secularibus ratione habitus predictorum fratrum. ¶ Septimo declarantur nonnulle alie impetrate a fratribus minoribus in fauorem conceptionis beate virginis. ¶ Octauo subsequuntur quedam alie indulgentie: absolute obtente ab eisdem fratribus pro secularibus. ¶ Nono & vltimo explicātur Indulgētie que cōcedi possunt ab aliquibus fratribus signatis ordinis minor quibuslibet personis deuotis: prout late infra patebit.

Indulgentie pro visitatibus ecclesias

fratrum minorum in precipuis festiuitatibus. Primo.

Gregorius. 9. cōcessit omnibus visitātibus ecclesias fratrum mino. in festiuitatib⁹ principalibus dñi nostri: ac in festiuitatibus & cōmemorationibus dñe nostre: ac ioānis baptiste: & omniū sanctorum: ac sancti Francisci: & beati Antonij: & beate Helisabeth: centum annos: & totidem quadragenas indulgentie. b. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 73. Et ffo. 107. conce. 426. 1

¶ Idem Gregorius concessit omnibus visitantibus ecclesiam montis aluerne in die stigmatum Beati Francisci remissionem medietatis omniū delictorum. Visitantibus autem alias ecclesias ordinis eadem die dedit de indulgentia: annos triginta. b. ffo. 260. conce. 647. 2 Stigmata.

Innocentius. 4. al's. 6. concessit visitātibus ecclesias fratrū minorū in festiuitatibus dñi nostri Jesu xp̄i: & beate Marie virginis ac beatorum Joānis baptiste: apostolorum petri & pauli: nec non sancti Francisci: & aliorum sanctorum ordinis predicti. Indulgentiam quadraginta annorum. b. ffo. 261. conce. 669. Et ffo. 109 conce. 453. 3

Alexander. 4. concessit omnibus visitantibus ecclesias nostras in festiuitatibus: & translationibus beatorum Francisci & Antonij: & Clare de indulgentia annos quinquaginta. b. ffo. 260. conce. 652. Vel put habet in supplemēto: sunt anni quadraginta. fffo. 108. cōce. 429. 4

Clemens. 4. concessit visitantibus ecclesias fratrū mino. in festiuitatibus domini nostri Jesu xp̄i: & beate Marie virginis: & apostolor: ac beati ioannis baptiste: & beati Francisci: & sanctor nostri ordinis: indulgētiam. 46. annorum. b. ffo. 260. conce. 658. 5

6 ¶ Idem clemens conceſſit viſitantibus eccleſias fratrum mino. in dedicationibus earum: ⁊ per octo dies ſequentes: ⁊ in feſtiuitatibus beate Marie: ac ſanctorum Franciſci: ⁊ Antonij: ⁊ Clare: ac aliorum ſanctorum quibus altaria maiora dedicata ſunt: indulgentiam centum dierum. b. ffio. 108. conceſſione. 449.

7 **Gregorius.** 10. conceſſit omnibus viſitantibus eccleſias fratrum mino. in feſtiuitatibus dñi noſtri ieſu chriſti: ⁊ beate Marie virginis: ⁊ apoſtolorum: ac beati Joannis baptiſte: ⁊ ſancti Franciſci ac ſanctorum ordinis noſtri: indulgentiam annorum. 40. b. ffo. 260. conceſ. 659. Et fffo. 109. conce. 457.

8 **Nicolaus.** 3. cõceſſit omnibus viſitãtibus eccleſias fratrum minor in feſtiuitatibus ſupraſcriptis immediate: indulgentiaꝫ annorum quadraginta. b. ffo. 260. conce. 660.

9 **Martinus.** 5. conceſſit omnibus viſitantibus eccleſias fratrum mi norum in feſtiuitatibus natiuitatis domini: Circũcisionis: Epiphanie: Purificatiõis: Annũciationis beate Marie: ac Reſurrectionis: Aſcenſionis: Penthecoſtes: beati Joannis baptiſte: apoſtolorum petri ⁊ pauli: Aſſumptionis virginis Marie: Natiuitatis eiuſdeꝫ: ac omnium ſanctorum: ⁊ beatorum Frãciſci: Antonij: Clare Helisabeth: necnõ in trãſlationibus eorũdem: indulgentiam annorum quinquaginta: ⁊ duodecim quadragenarũ. b. ffo. 260. conce. 661. Et fffo. 108. conce. 433.

10 **Nicolaus.** 4. conceſſit ordini fratrum minorũ omnes indulgẽtias datas a ſuis predeceſſoribꝰ: ⁊ extendit eaſdẽ indulgẽtias ad feſtiuitates angelorum: ⁊ illorum ſanctorum in quorum honorem ſunt edificate eccleſie predictorum fratrum: vel quorum reliquie ibi habentur. b. ffo. 261. conce. 665. Et fffo. 109. conce. 456.

11 ¶ Idem nicolaus cõceſſit omnibus viſitãtibus eccleſias fratrum minorũ in feſtiuitatibꝰ dñi noſtri Jeſu chriſti: ⁊ beate Marie virginis: beati ioannis baptiſte: apoſtolorũ petri ⁊ pauli: beati Franciſci: ⁊ ſanctorũ ſui ordinis: quadraginta annos indulgentie. b. fffo. 108. conce. 446.

12 **Joannes.** 22. confirmauit indulgẽtias datas a ſuis predeceſſoribus viſitantibus eccleſias fratrum minorum in feſtiuitatibꝰ beate virginis Marie: ſanctorũqꝫ Frãciſci: Antonij: Lodouici: Clare: ac in cõſecrationibus eccleſiarꝫ: ⁊ altariũ: ⁊ vocationibꝰ earũdẽ ⁊ p octauas. Iſte aũt indulgẽtie: prout prefatus papa epilogauit: ſunt decem anni ⁊ quinquaginta dies. B. fo. 24 Et ffo. 108. conce. 231. Et. b. fffo. 108 conce. 436.

13 **Benedictus.** 12. cõfirmauit indulgentiam ſancte marie de portiũcula: ſeu de angelis: declarauitqꝫ datam eſſe a chriſto viua voce. b. ffo. 261. conce. 668. Alias habetur qꝫ eſt Benedicti vndecim. b. fffo. 109. conce. 455.

14 **Vrbanus.** 5. cõceſſit viſitãtibus eccleſias fratrum mino. in feſtiuitatibus dñi noſtri: ac dñe noſtre: ⁊ apoſtolorꝫ: ⁊ beati ioãnis baptiſte: ac beati Frãciſci: ⁊ ſanctorũ ſui ordinis: indulgẽtiam. 40. annorum. b. ffo. 261. conce. 670. Et fffo. 109. conce. 458.

15 **Sixtus.** 4. vniuerſis ⁊ ſingulis xpi fidelibꝰ vtriuſqꝫ ſexus vere penitentibuꝫ ⁊ cõfeſſis: qui eccliam: ⁊ oratoria domorꝫ fratrũ pre-

dicatoꝝ ꝛ minoꝝ visitauerint in singulis festiuitatib⁹ sanctoꝝ Dñici: ꝛ Franciſci: centũ annos ꝛ totidẽ quadragenas de iniunctis penitẽtijs relaxauit. Et similiter visitãtibus dictas ecclesias fratrũ predicatoꝝ in festo sanctoꝝ Petri martyris: Thome de aquino: Vincentij. s. Katherine de senis: ac visitantib⁹ ecclesias fratrũ minoꝝ in festis sanctoꝝ Antonij de padua: Lodouici episcopi Bernardini: Clare: ac Helisabethe a primis vesperis ꝛ per totũ diẽ ipsarũ festiuitatum: quinquaginta annos ꝛ totidẽ quadragenas de iniunctis penitentijs relaxauit: dum tamen manus porrigant adiutrices. B. ffo. 148. cõce. 359 Et. b. fffo. 109. conce. 463. Pro ſctis oꝝ diuis tantũ.

¶ Item Sixtus in bulla que appellatur aurea directa fratribus ꝓdicatoribus ꝛ mi. motu proprio ꝛ ex certa sciẽtia: quascũqꝫ gratias spirituales: concessiones ꝛ indulgẽtias: ac peccatoꝝ remissiões in genere vel in specie: visitantibus predictoꝝ fratrũ domos: ꝛ capellas: ꝛ oratoria ꝓcessas: quaꝝ tenores ac si de verbo ad verbũ inserti fuissent haberi voluit pro expressis: approbauit ꝛ robur perpetue firmitatis obtinere decreuit: ꝛ potiori pro cautela de nouo cõcessit. B. fo. 65. Et ffo. 148. conce 358. 16 Cõfirmatio ꝛ noua cõce. oim idulgẽ.

¶ Item Sixtus concessit omnibus vere penitentibus celebrantibus festũ beati Franciſci: de indulgentia quinquaginta annos: ꝛ totidẽꝫ quadragenas b. fffo. 109. conce. 465. 17 Pro. s. Frãciſco.

¶ Aduerte. q predicta cõcessio fuit extracta ex libro intitulato firmamẽta triũ ordinũ in gallis copilato ꝛ impresso. Aliter tamẽ habẽt i monumẽtis ordinis vbi cõtinetur q prefatus Sixtus vniuersis fidelibus vere penitẽtibus ꝛ confessis qui glorioſi cõfessoris Frãciſci festiuitatẽ deuote celebrauerint annuatiꝫ decem annos ꝛ totidẽ quadrage. de iniunctis eis penitẽtijs relaxauit. B. fo. 46. Et ffo. 130. conce. 291. Collectoꝝ.

Julius. 2. cõcessit visitãtibus ecclesias fratrũ mi. in festo. s. Bonauenture: indulgẽtias quas sui predeceſſores cõcesserant pro festiuitatibus alioꝝ sanctoꝝ dicti ordinis. B. fo. 43. Et ffo. 127. cõce. 284. Et hoc idem concesserat antea Sixtus. 4. B. fo. 51. Et ffo. 135. conce. 300. 18 Pro. s. Bonauentura.

¶ Item Julius declarauit q verba in priuilegijs fratrũ mi. ꝓtenta ſcilicet q visitantes ſua loca: ꝛ manus porrigẽtes adiutrices consequantur indulgẽtias tales: vel tales: referantur etiam ad facientes elemosinas de pane ꝛ alijs p eorum victu: ꝛ veſtitu: ac domorum ſuarum reparatione neceſſarijs. B. fo. 39. Et ffo. 126. conce. 280. 19 Elemoſinas

¶ Aduertendũ eſt q ſupraſcripte indulgentie: ac nonnulle alie que ad manus noſtras nõ peruenerunt: reperiũtur ſummarie recollecte in monumẽtis ordinis ſub forma ſequẽti. ¶ Hec eſt ſumma idulgẽtiaꝝ ordini fratrũ mi. a diuerſis ſummis põtificibus cõceſſaꝝ: circa quas nullus dubitare velit obſecro: q reuerẽdus pater frater ioannes de argumanes: puincialis puincie. s. iacobi aſſerit ſe vidiſſe in autẽticis literis veritatẽ huius rei. Et ſequitur. Collectoꝝ.

¶ Viſitantes eccleſias fratrũ minoꝝ in feſtiuitatib⁹ dñi noſtri ꝛ dñe noſtre: beati ioannis baptiſte: apoſtolorũ: beati Frãciſci: omniũqꝫ ſanctoꝝ dicti ordinis: habẽt cõceſſionẽ qualibet predictaꝝ feſtiuitatum mille trecentoꝝ quadraginta annoꝝ: quadringentarũqꝫ quadraginta ꝛ ſex quadragenarum: atqꝫ triginta ꝛ vnius diei. ffo. 71. conce. 180. Nota.

¶ Aduertendum eſt etiam: q in alia ſumma extracta ex libro intitulato firma- Collectoꝝ.

menta trium ordinum habetur ſubſequenti modo.

¶Summa indulgentiarum feſtiuitatuꝫ domini noſtri ieſu chriſti: eiuſqꝫ ſanctiſſime matris: a etiam patris noſtri Franciſci: ⁊ ſanctorum ordinis: aſcendit ad annos quingentos quadraginta ⁊ octo: ⁊ dies ducẽtos ſexaginta. fffo. 109. poſt conce. 467.

¶Sequuntur gratie. ⁊ indulgentie cõceſſe viſitantibꝰ ecclesias aliorum fratrum mẽdicãtiũ. in precipuis feſtiuitatibus. Et primo ponuntur conceſſa viſitãtibus eccleſias fratrum ordinis predicatorum.

20 Et priuilegijs fratruꝫ predicatoꝝ. ¶Sanctiſſimus dñs Honorius papa. 3. cõceſſit: 20. ãnos ⁊ dies. 180. viſitantibus eccleſias predicatorum in aniuerſarijs dedicationis eaꝝ. Clemẽs papa. 3. annos decem: ⁊ dies quadraginta. Bonifacius papa. 8. ãnos. 20. ⁊ dies. 40. Alexander papa. 4. ãnos. 20. ⁊ dies. 180. Benedictus papa. 10. frater de ordine predicatoꝝ: annos. 30. ⁊ dies. 120. Joannes papa. 21. annos decem ⁊ dies 80. Gregorius papa. 9. annos. 9. ⁊ dies. 80. Nicolaus papa. 4 frater minor annos. 30. ⁊ dies. 180. Alexander papa. 5. frater minor: annos. 18. ⁊ dies. 80. b fffo. 110. conce. 481.

¶Summa predictarum indulgentiarum eſt annoꝝ. 169. ⁊ dierum. 350.

21 ¶In natiuitate virginis marie viſitantibus eccleſias fratrum predicatorum: concedũtur a Clemẽte. 4. anni. 10. ⁊ dies. 40. a Gregorio. 9. anni. 20. ⁊ dies 40. a Bonifacio. 8. anni 9. ⁊ dies. 40. a Nicolao. 4. anni. 30. ⁊ dies. 180.

¶Summa predictarum indulgentiarum eſt annoꝝ. 69. ⁊ dierũ. 210. b. fffo. 110. conce. 482.

22 ¶In purificatione beate marie ſemper virginis: viſitantibus eccleſias predicatorum conceduntur a Clemente. 4. anni. decem: ⁊ dies. 40. a Gregorio. 9. anni. 20. ⁊ dies. 40. a Bonifacio. 8. anni. 9. ⁊ dies. 40. a Nicolao. 4. anni. 30 ⁊ dies. 180.

¶Sũma predictaꝝ indulgẽtiaꝝ eſt annoꝝ. 69. dieꝝ. 210. b. fffo. 110. cõce. 483.

23 ¶In aſſumptione virginis marie viſitãtibus eccleſias fratrũ predicatoꝝ conceduntur a Clemẽte. 4. anni decem ⁊ dies. 40. a Gregorio. 9. anni. 20. ⁊ dies 40. a Bonifacio. 8. ãni. 9. ⁊ dies. 40. a Nicolao. 4. anni. 30. ⁊ dies. 180.

¶Sũma p̃dictaꝝ indulgẽtiaꝝ eſt annoꝝ. 69. ⁊ dieꝝ. 209. b. fffo. 110. cõce. 484.

24 ¶In feſto beati patris dominici: viſitant bus eccleſias predicatoꝝ conceduntur a Clemente. 4. anni. 10. ⁊ dies. 40. a Gregorio. 9. ãni. 20. ⁊ dies. 40. a Bonifacio. 8. anni. 9. ⁊ dies. 40. a Nicolao. 4. anni. 30. ⁊ dies. 180. ab Innocentio. 4. anni. 9. ⁊ dies. 40. ab Alexandro. 4. anni. 20. ⁊ dies. 280. a Benedicto 11. anni. 30. ⁊ dies. 120. a Joanne. 21. anni. 10. ⁊ dies. 180. ab Alexandro. 5. ãni. 18. ⁊ dies. 80. a Sixto. 4. fratre minore anni. 100. ⁊ totidem quadragene.

¶Summa predictarum indulgentiarum eſt annoꝝ. 256. ⁊ dierum. 320. b. fffo. 110. conce. 485.

¶In feſto ſancti petri martyris viſitantibus eccleſias fratrum predicatorum conceduntur a Clemente. 4. anni decem: ⁊ dies. 40. a Gregorio. 9. anni. 20. ⁊ dies quadraginta a Bonifacio. 8. anni. 9. ⁊ dies. 40. a Nicolao. 4. anni. 30. ⁊ dies. 180. ab Innocentio. 4. anni. 9. ⁊ dies. 40. ab Alexandro. 4. ãni. 20. ⁊ dies. 280. a Benedicto. 11. anni. 30. ⁊ dies. 120. a Joanne. 21. anni decem ⁊ dies. 180. ab Alexandro. 5. anni. 18. ⁊ dies. 80. a Sixto. 4. anno. 50. ⁊ totidẽ

quadragene ¶Summa predictarum indulgentiarum est annorum.206. & dierum.220.b.fffo.110.conce.486.

¶In festo sancti Thome de aquino visitãtibus ecclesias predicatorum concedũtur a Joanne.22.anni.21.& dies.80.ab Alexandro.5. anni.18.& dies.80.ab Urbano.5.anni.100.& dies.220.a Sixto 4.anni.50. & totidem quadrage. 26

¶Summa predictarum indulgentiarum est annorũ. 189.& dierũ. 215.b.fffo. 110.conce.487.

¶In festo sancti Vincentij confessoris: visitantibus ecclesias fratrum predicatorum conceduntur de indulgentia: a Sixto.4.anni.50.& totidem quadragene.b.fffo.111.conce.488. 27

¶In festo sancte Catherine de senis conceduntur visitantibus ecclesias predicatorum a Sixto papa.4.anni.50.& totidem quadragene. b.fffo.111. concessione.489. 28

¶Uniẽtibus ad solẽnitatẽ primarũ missarum fratrum predicatorũ cõcedũtur indulgentie ab Honorio.3.dies.100.a Bonifacio.8.dies.100. ab Alexandro 4.dies.100 a Gregorio.9.dies centũ: ab Innocẽtio.4.dies.100.a Benedicto.11.dies.200 a Clemente.4.dies.100.a Joanne.21.dies.100.a Nicolao. 4.dies.100.ab Urbano.5.dies.100.ab Honorio.4.dies.100. 29

¶Summa predictarum indulgentiarum est annorum trium: & dierum.2.b. fffo.111.conce.490.

Sequuntur alie alique gratie concesse visitantibus ecclesias fratrũ augustinensium in precipuis festiuitatibus.

Innocentius. papa: omnibus vere penitentibus & confessis qui in Natiuitatis: Circuncisionis: Epiphanie resurrectionis: Ascensionis: Penthecostes: necnon Assumptionis: Natiuitatis: Annunciationis et purificationis beate Marie: ac natiuitatis ioannis baptiste: & apostolorum petri & pauli: & in solemnitatibus apostolorum & euangelistarum: atq; in omnibus festiuitatibus sancti Augustini: ac ecclesiarum dedicationibus & celebritate omnium sanctorum: & per ipsarum natiuitatis: resurrectionis: ascensionis: penthecostes necnon natiuitatis & assumptionis beate Marie: ac natiuitatis ioannis baptiste: & apostolorum Petri & Pauli predictarum festiuitatum octauis: ecclesias ordinis heremitarum sancti Augustini deuote visitauerint annuatim: & ad reparationem & conseruationem earum manus porrexerint adiutrices: concessit in singulis predictis festiuitatibus: ac per earum octauas: mille annos: et totidem quadragenas. b.fffo.124.concessione.562. 30 Ex priuilegijs augustinẽsium.

Julius. 2 visitantibus ecclesias predictorum fratrum augustinensiũ: in singulis sancti Augustini: & Nicolai de tolentino: ac sancte Monice festiuitatum diebus: a primis vesperis vsq; ad secundas vesperas festiuitatum earundem inclusiue: ac inibi manus adiutrices porrigentibus: centum annos & totidem quadragenas de iniunctis eis penitentijs in domino relaxauit. B.fffo.66.conce.208. 31

Sequuntur alie indulgentie concesse visitãtibus ecclesias fratrũ carmelitarum in precipuis festiuitatibus: prout elicite sunt ex quadam bulla Sixti.4.que habetur. B.fo.107.Et.fffo.190. conce. 485.Et.fffo.111.sunt ordinate per festiuitates modo subsequenti.

31 Ex pᵗ uilegi js frātrū car melitarum.

¶ Primo. In festiuitatibus dñi nostri iesu christi: scilicet in sua natiuitate: paraſceue: ⁊ resurrectione: penthecostes: ⁊ duob⁹ festis sancte crucis: ⁊ octauis eorum. Leo papa. 4. cōcessit septem annos ⁊ duodecim quadragenas visitantibus ⁊ pias elemosinas largientibus. ¶ Adrian⁹ 2. Stephanus. 5. Sergius. 3. Joannes. 10. ⁊ ioannes 11. Sergius. 5. ⁊ Innocentius. 4. tertiam partem peccatorum remiserunt: visitantibus ecclesias eorundem in predictis festis ⁊ eorum octauis. ¶ Honorius. 9. visitantibus easdem ecclesias in die paraſceue: et in die sancte crucis. 40 annos ⁊ totidem quadragenas de iniunctis penitentijs relaxauit. ¶ Clemens. 3. Alexander. 2. Gregor⁹. 5. Gregorius. 7. in predictis festis ⁊ quolibet eorum: simile gratiā largiti sunt. ¶ Honorius. 9. concessit visitantibus dictas eccl sias: seu manus adiutrices porrigentibus in die paraſceues. 40. annos: ⁊ totidem quadragenas de iniūctis penitentijs. ¶ Benedictus. 10. omnes predictas indulgentias duplicauit. ¶ Nicolaus. 5 omnia supradicta duplicando confirmauit: atq; annos. 7. ⁊ totidem quadragenas in domino relaxauit. B. fo. 107. Et. ffo. 190. conc. 485. Et. b. fffo. 111. conce. 497.

32 ¶ Secundo. In festis beate marie, scz natiuitatis: annunciatiōis: purificationis: assumptionis: ⁊ earum octauis: omnes predictas remissiones ijdem pontifices concesserunt. ¶ Clemēs. 4. vltra pdictas indulgencias concessit. 30 annos ⁊ totidem quadragenas in pdictis quattuor festiuitatibus dñe nostre. ¶ Honorius. 9. concessit in dictis festiuitatibus visitantibus supradictas ecclesias: vel manus adiutrices porrigentibus. 4. annos ⁊ totidem quadragenas de iniunctis penitentijs. ¶ Joannes. 22. concessit simi liter in eisdem quattuor festiuitatibus. 40. annos ⁊ totidem quadragenas de penitentijs iniunctis. ¶ Urbanus. 5. in festo annunciationis virginis marie: concessit. 7. annos et. 12. quadragenas. ¶ Sixtus. 4. cōcessit in predictis quattuor festiuitatibus beate marie a primis vesperis vsq; ad occasum solis diei festi: visitantibus dictas ecclesias. 30. annos ⁊ totidem quadragenas quolibet anno. ¶ Jtē Sixtus extendit predictas indulgentias a se concessas ad festa cōceptionis: presentationis: ⁊ visitationis beate marie virginis. B. fo. 107. Et ffo. 190 conce. 485. Et. b. fffo. 111. conce. 498.

33 ¶ Tertio. In festiuitatibus omniū sanctorum: sancti michaelis: ⁊ natiuitatis sancti ioannis baptiste: petri ⁊ pauli: fabiani ⁊ sebastiani: et per octauas eorum: ⁊ in sanctis quorum vocatiōes principales habent in suis ecclesijs concessit Leo papa. 4. septem annos ⁊ 12. quadragenas. ¶ Adrianus. 2. Stephanus. 5. Sergius. 3. Joannes. 10. ⁊ Joannes. 11. Sergius. 5 Innocentius. 4. visitantibus dictas carmelitarum ecclesias in predictis festiuitatibus: tertiam partem peccatorum relaxauerunt.
¶ Clemens. 4. Alexander. 2. Gregorius. 5. Gregorius. 7. in predictis festiuitatibus simile gratiam largiti sunt. B. fo. 107. Et. ffo. 190. pc. 485. Et. b. fffo. 111. concessio. 499.

34 ¶ Quarto. Honorius. 9. in diebus vocationum ecclesiarum predictarum. 40. annos ⁊ totidem quadragenas relaxauit de iniunctis penitentijs. ¶ Benedictus. 10. eisdem vocationis diebus: bonozij indulgentiam etiam concessit: ⁊ duplicauit omnia concessa in predictis sciōrum festiuitatibus: octauis: ⁊ vocabulis ecclesiarum.

¶Nicolaus.5.duplicauit etiam concessa a suis anteceſſoribus in dictis festiuitatibus:& vltra annos septem & totidem quadragenas relaxauit. Sixtus. 4. concessit etiam in diebus vocabulorum visitantibus dicti ordinis ecclesias. 30.annos & totidem quadragenas de iniunctis penitentijs. B.fo.107. Et.ffo. 190 conce.485. Et.fffo.111.conce.500.

Indulgentie conceſſe visitantibus ecclesias fratrum minorum tempore quadrageſimali: Secundo.

1

I

Lexander. 4.Nicolaꝰ.5.innocẽtius.4.& Bſidictꝰ.11.cõcesserũt a quarta feria cinerũ vsq; ad paſcha reſurrectiõis iclusiue:venientibus ad ecclesias fratrũ minoꝝ semel in die causa deuotiõis:de indulgẽ.ia annos.122.& dies.576.¶Venientibus aũt quãdo ibidẽ predicatur feria. 2.et 4.et.6.additur indulgentia annoꝝ.6.et dierũ.26. Et sic ascẽdit cũ prima ad annos.138.ac dies.202.habetur.b.fffo.108.con.439.

Predicatio.

Vrbanus. 4.cõcessit oĩbus visitãtibus ecclesias fratrũ mi. in qua drage.indulgẽtiã.40.annoꝝ.b.ffo.260.conce.657.

2

¶Aduertendum q; in ſumma ſuperius allegata reperiuntur ſequentia.

¶Visitanti ecclesias fratrum mino. qualibet die quadrageſime: concessi sunt quatuor anni:et.136.dies indulgentie.ffo.71.conce.181.

Collector

3

¶Aduertẽdum est etiam q; in alia ſumma extracta de libro intitulato Firmamenta trium ordinũm:habetur modo ſequenti.

Collector

¶Summa indulgẽtiaꝝ concessaꝝ visitantibus ecclesias fratrũ mi.in diebus quadrageſime:est trium miliũ & octingẽtoꝝ:ac quinquaginta ſeptem annorum:& ducentorum:ac ſeptem dierum.fffo.109.post conce.467.

Nota.

Sequuntur indulgentie que reperiuntur conceſſe visitantibus ecclesias fratrũ augustinen.tempore quadrageſimali:& adhuc a die ſeptuageſime.

Innocentius. omnibus vere penitẽtibus & cõfeſſis qui a dñica ſeptuageſime inclusiue:vsq; ad dñicaꝫ in palmis inclusiue:deuote visitauerint ecclesias fratrũ augustinensium annuatim:& ad reparationem & conseruationem earum manus porrexerint adiutrices: cõcessit mille annos & totidẽ quadragenas indulgentie.b.fffo.124.conce.562.

4

Ex priuilegiis fratrũ augustinen.

¶Item innocentius omnes vere penitẽtes & confeſſos qui predictas ecclesias deuote visitauerint in die mercurij:& in die iouis:ac in die veneris hebdomade ſancte:& ad reparationem & cõseruationẽ earundẽ manus porrexerit adiutrices:a pena & culpa miſericorditer relaxauit.b.fffo.124.conce.562.

5

✠

Sixtus. 4.fertur cõcessisse visitãtibus ecclesias predictorũ fratruꝫ augustinen.& manus adiutrices porrigẽtibus:a ſexta feria poſt dominicam tertiam quadrageſime vsq; per totam octauam paſche reſurrectionis:pro ſingulis diebus indulgentiam trium millium ſeptingentorũ decem & octo annorum.et.150.dierum. Bulla dicitur esse Rome & Ferrarie. Et a quodam precipuo patre dicti ordinis audiui q; ipse viderat transumptũ autenticum predicte bulle. Habetur tamen.b.fffo.111.conce.394.

6

Nota.

Sequuntur nonnulle indulgentie alie conceſſe visitãtibus ecclesias fratrũ carmelitarũ tempore quadrageſimali.

7 **Benedictus.** 10. visitãtibus ecclesias fratrũ carmelitarũ. feria. 2. & 4. et. 6. quadragesime: cõcessit octogita annos & totidem quadragenas indulgentie: ac bis remissionem septime partis peccatorũ. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et. b. fffo. 112. conce. 502.

Indulgentie concesse visitantibus eccle

1 **Alexander.** sias fratrum minorum in quibuslibet diebus anni: tertio. 4. cessit visitãtib⁹ ecclias fratrũ mi. causa deuotiõis qualz hora diei: indulg. 40 dierũ. Innocẽti⁹. 4. cõcess. silr. 40. dies. Clemẽs. 4. cessit. 80. dies. Nicola⁹. 4. cõcessit indulgẽtiã vni⁹ anni et. 40. dierum. ¶ Sũma istarũ idulgẽtiarũ est tres anni & 240. dies. Et numerãdo p dies sunt. 1365. dies. B. fo. 24. Et. ffo. 108. cc. 231. Et. b. fffo. 108. c. 438.

2 Pro horis canonicis. ¶ Idem alexãder cõcessit oĩbus venientibus ad horas canonicas in ecclesijs fratrũ mi. infra annũ diebus singulis: indulgentiã centũ dierũ. b. ffo. 260. cce. 655. Alias sunt cẽtũ & quadraginta dies: vt habetur. fffo. 108. cõc. 430.

3 Missa Predicatio. ¶ Idem alexander concessit accedentibus ad ecclesias fratrum mi. causa audiendi missas beate Marie virginis: vel beati Francisci: vel sermones quocunqz tempore anni: qualibet vice indulgentiam centum dierum. B. fo. 24. Et. ffo. 108. conce. 231. Et. fffo. 108. conc. 437. vbi nihil specificatur de missis beate Marie: aut beati Francisci.

4 **Clemens.** 4. cõcessit visitãtibus ecclesias fratrũ mi. in quibuslibet diebus anni: cẽtũ dies indulgẽtie. b. ffo. 260. cõce. 658.

5 **Nicolaus.** 3. concessit similiter sicut Clemens prefatus centum dies indulgentie. b. ffo. 260. conce. 660.

6 **Nicolaus.** 4. concessit accedentibus causa deuotionis ad loca fratrũ mi. indul. vnius anni & dierũ. 40. B. fo. 24. Et. ffo. 108. conce. 231. Et alibi reperitur q̃ idem pontifex concessit propter prefatã causam centum dies indulgentie. b. fffo. 108. conce. 446. Et alibi etiã inuenitur

Missa q̃ concessit audientibus missas beate virginis: ac beati Francisci in domibus fratrum minorum indulgentiam centum dierum. b. fffo. 108. conce. 442.

7 **Vrbanus.** 5. concessit oĩbus fraternitatibus q̃ sunt: & erunt in ecclesijs fratrum minorum centum dies indulgentie. b. ffo. 261. conce. 672. Et. fffo. 109. conce. 459.

8 ¶ Idem vrbanus concessit visitantibus predictorũ fratrum ecclesias quacunqz die: de indulgentiam centum dies. b. ffo. 261. Et. fffo. 109. conce. 458.

Collector ¶ Aduertendum q̃ in summa auctentica indulgentiarum superius nominata: reperitur id quod sequitur.

9 ¶ Item quolibet die anni visitãs ecclesias fratrũ minor cõsequitur annũ et ducentos quadraginta quattuor dies indulgentie. ffo. 71. conce. 182.

Collector ¶ Notãdum est etiam q̃ in alia summa extracta de libro intitulato firmamẽta trium ordinum habetur sub forma sequenti. ¶ Summa indulgentiarũ cõcessarum visitantibus ecclesias fratrum minorũ in quibuslibet diebus est annorũ quadraginta: & dierum trecentorũ. b. fffo. 109. post. conce. 467.

Nota.

Ex priuilegijs fratrum **Sequuntur** alique indulgentie concesse visitãtibus ecclesias fratrum carmeliarum infra annũ quacunqz die: sed p̃-

sertim diebus dominicis ⁊ sabbatis.

carmelitarū

Benedictus. 10. concessit visitantibus ecclesias fratrū carmelitaruꝫ in diebus sabbatoꝝ ⁊ dominicis totiꝰ āni. 40 annos: ⁊ totidem quadragenas indulgentie. Ac septimā partem peccatorum relaxauit. Et nicolaus predictam indulgentiam sabbatoꝝ duplicauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. concessio. 485. ⁊ fffo. 112. conce. 501.

10

Pro sabbati ⁊ dñicis.

Innocentius. 4. ⁊ Gregorius. 8. cōcesserunt cuilibet dicēti vnū Pater noster ⁊ Aue maria pro viuis ⁊ defunctis in predictis ecclesijs Carmelitarum: quadraginta dies indulgentie. Benedictus. 10. eosdem. 40. dies duplicādo concessit. Nicolaus. 5. predictos dies duplicatos iteꝝ reduplicauit: ⁊ concessit. Et sic sūt ducēti: cōputādo q̄ quilꝫ duoꝝ pōtificū prenoiatoꝝ p̄cesserit. 40. dies: q̄ nūq̄ solēt cōcedere minꝰ. B. fo. 107. Et ffo. 190. cōce. 485. Et. b. fffo. 112. concessione. 503.

11

¶ Circa omnes indulgentias superius annotatas est sciendum: q̄ in quadaꝫ summa antiqua priuilegiorum fratrum per quendam patrem commissariū curie romane facta: reperitur sequens clausula.

Collectoꝝ.

Sixtus. 4. in bulla que incipit. Solet sedes apostolica: declarauit q̄ indulgentie cōcesse visitantibus ecclesias domoꝝ vnius ordinis mendicantium non cōceduntur visitantibus ecclesias domoꝝ aliorūꝫ ordinum mendicantium: licet fit reciprocatio gratiaꝝ ⁊ indultorum vnius ordinis ad aliū: ppter cōfusionē: ⁊ ne vilescāt indulgētie aut minuatur deuotio ⁊ ppter alias ratiōes. Nec vbi supra: bullā tñ pallegatā: nullibi potui reperire.

¶ Aduerte tñ q̄ non obstante predicta bulla: possunt gaudere visitantes ecclesias fratrū minoꝝ in festiuitatibus sanctoꝝ sui ordinis: oīb⁹ cōcessis visitantib⁹ ecclias fratrū ordis p̄dicatoꝝ in festis sctōꝝ eiusdem ordinis: prout habetur supra in dictione Cōmunicatio priuilegioꝝ. §. 10. prope finem. Et visitantes ecclesias fratrum predicatoꝝ possunt gaudere oībus concessis visitantib⁹ ecclesias aliorum ordinū mēdicantiū: virtute cuiusdam cōcessionis eis facte per Leonem. 10. que habetur supra in prefata dictione Cōmunicatio priuilegioꝝ. §. 15. Et similiter potest dici de visitātibus ecclesias fratrū minoꝝ ratione amplissime cōicatiōis priuilegioꝝ que est inter ipsos ⁊ fratres p̄dicatores: prout patet in supradicta dictione Cōicatio priuilegiorum. §. 10. ⁊. 11.

Collectoꝝ.

Indulgentie concesse exibentibus fratribus minoribus: aliqua opera pietatis. Quarto.

Innocentius. 4. cōcessit omnibus porrigētib⁹ manus adiutrices fratrib⁹ minoribus vbicunq; 40. dies indulgentie. Nicolaus. 3. totidem. Clemēs. 4. dies. 100. Et sunt in summa centum octoginta dies. B. fo. 24. Et ffo. 108. conce. 231. Et. b. fffo. 108. conce. 441.

1

Alexander. 4. cōcessit oīb⁹ recipientibus fratres mino. viatores in domibus suis: ⁊ ministrātib⁹ eis alimēta: ⁊ soluētibus naula seu passali: ac alia pietatis obseq. ia dictis fratrib⁹ exhibētibus: indulgentiam. 40. annoꝝ. b. ffo. 260. conce. 655. Et fffo. 108. conce. 452.

2

Pro hospitātibus fratres minores.

Martinus. 4. cōcessit tā pcuratoribꝰ q̄ aduocatis: q̄ i curijs ecclasticis ⁊ ciuilib⁹ seu sclarib⁹ laborauerit p defēsiōe ordis

3

Pro aduoca

tis⁊ pcurato rib⁹ fratrū.

fratrum minoꝝ:ecclesiarūq3 eiusdē ordinis singulis annis:indulgentia3 centum annoꝝ.b.ffo.260.conce.665.Et fffo.108.conce 454.

4 Pro fabrica. Sepultura.

¶ Idem Martinus concessit cunctis fidelibus qui manus adiutrices porexerint ad cōstruendas ecclesias vel monasteria ordinis fratrum minorū: ac omnibus qui sepulturam elegerint in cimiterijs:aut claustris prefatoꝝ fratrū indulgentiā.40.annorū.b.ffo.260.conce.664.Et fffo.108.conce.435.

5 Pro fabrica

Nicolaus. 4.concessit omnibus porrigentibus manus adiutrices pro fabricis monasteriorum fratrum minorum.40.annos indulgentie.b.fffo.108.conce.446.

6 Gñalis ⁊ puinciales.

Urbanus. 5.cōcessit vt generalis ⁊ prouinciales totius ordinis minoꝝ:possint cōmunicare suffragia:indulgentias:oationes ⁊ bona spūalia bñfactorū⁹ ordis.b.ffo.261.cōce.671.⁊ fffo.109.cōc.459

7 Pro findicis seu pcuratoribꝰ fratrū.

Innocentius. 8.cōcessit vt pcuratores fratrū minoꝝ: eorumq3 subsituti:liberi:parentes:fratres:sorores: vxores possint promereri indulgentias stationū:⁊ alias fratribus cōcessas:dicēdo in ecclesijs fratrū predicatoꝝ quinq3 Pater noster:⁊ totidem Aue maria p felici statu romane ecclesie.o.ffo.70.conce.162.Et fffo. 99.conce.367.

8 Pro medicis fratrum.

Alexander 6.concessit vt medici ordinarij fratrū minoꝝ: ⁊ sororū sancte Clare:habeant eadē priuilegia⁊ gratias:quibus gaudent sindici ⁊ procuratores predictorum fratrum.o.ffo.70.conce.177.Et fffo.99.conce.370.

9 Elemosine.

Julius. 2.cōcessit seu declarauit qꝫ verba in priuilegijs fratrū minoꝝ cōtenta.s.qꝫ visitantes suas ecclesias:⁊ manus porrigētes adiutrices cōsequātur indulgētias tales vl tales:referātur etiā ad faciētes elemosinas de pane:ac alijs pro eoꝝ victu:⁊ vestitu:⁊ domoꝝ suarum reparatione necessarijs.B.fo.43.Et ffo.126.conce.280.

Collectoꝝ.

¶ Aduertendū qꝫ in superius allegata summa autētica:cōtinent infrascripta.

10

¶ Porrigentibus manus adiutrices ad fabricam ecclesiarum fratrum minorum iuxta possibilitatē suam:concessa est in articulo mortis remissio omniū peccatorum.ffo.71.conce.184.

✠

11

¶ Item cōcessi sunt centū viginti anni pro qualibet re:quolibetqꝫ beneficio que locis vel monasterijs fratrū minoꝝ largiuntur.ffo.71.conce.184.

Collectoꝝ. Nota.

¶ Aduerte vltra hoc qꝫ propter cōicationē priuilegioꝝ fratrū p̄dicatoꝝ: sunt cōcessi ampli⁹.79.anni.Et in sūma sunt ducēti āni:vnomin⁹.vide infra.§.13.

¶ Sequuntur alie multe indulgētie concesse facientibus opera pietatis fratribus ordinis predicatorum:⁊ eorum domibus.

12 Ex priuilegijs fra.p̄di. Pro fabrica mōasterioꝝ.

¶ Porrigentibus manus adiutrices ad fabricas domus fratrū predicatoꝝ:cōceduntur ab Honorio.3.anni.25. dies.120.a Clemēte.4.anni 25.dies.120.a Bonifacio.8.anni.25.⁊ dies.120 ab Innocentio.4.anni.25.dies.120.ab Alexandro.3.anni.25.dies.120.a Gregorio.9.āni.25.dies.120.ab Urbano.5. anni.25.dies.120.Alij pontifices in sūma cōcesserunt annos.40.⁊ dies.300.

13 Pro victualibus.

¶ Sumantur simul anni.218.dies.42.b.fffo.111.conce.492.

¶ Dantibus elemosinas predictis fratribus:ad victum vestitum:⁊ alias necessitates graues ordinis:conceduntur:a Clemente.4.anni.7.a Bonifacio.8.anni.7.ab Innocentio.4.anni.7.ab Alexandro.4.anni.7.a Joān. 21.anni.7.a Gregorio.9.anni.7.a Bñdicto.11.anni.14.a Nicolao.4.ann

septē. Ab vrbano. 5. anni. 14. ℂ Sumātur oēs anni. 79. b. fffo. III cōce. 493

¶ Facientibus missas ⁊ alia diuina celebrare a dictis fratribus in eorum eccle- 14
sijs ꝯcedūtur ab Honorio. 3. dies. 80. a Bonifacio dies. 80. a Clemēte. 5. dies Pro faciēti-
octoginta: ab Alexandro. 4. dies. 80. a Joanne. 21 dies. 8. a Nicolao. 4. dies. bꝰ celebrare
80. ab Innocentio. 4. dies centum: a Gregorio. 9. dies cētum: ab Urbano. 4 missas.
dies centum. ¶ Sumantur anni. 2. ⁊ dies. 248. Et numerando per dies sunt fe
re mille dies. b. fffo. III. conce. 493.

Joannes. 23. cōcessit benefactoribus ordinis predicatorū decem an Pro qbuslibet
nos: ⁊ totidē quadragenas de iniunctis eis penitētijs. Et bñfactoribꝰ fratrū.
remittit eis iniurias patrū: ⁊ matrū sine manuū iniectiōe violēta: ⁊ omnia fe- 15
sta male obseruata: ⁊ omnia iuramēta falsa: sine dāno alterius. Et remittit sa- Pro clericis
cerdotibus: ⁊ clericis in sacris ordinibus constitutis: qui ad exēplum aliorū secularibꝰ.
maius porexerint adiutrices: quicquid in diuinis officijs: aut horis canoni
cis dicere omiserint: nunc propter infirmitatem: vel per negligentiam: seu per
defectum librorum. b. fffo. 94. conce. 305.

¶ Item Idem ioannes cōcessit etiā de gratia specialis qꝫ hmōi cōfratres: ⁊ ger- 16
mani ordinis possint sepeliri (tpe interdicti) in eccl̄ia: vel cemiterio: nisi fuerint Sepultura.
excōicati publice: vel nominatim: ibiqꝫ diuina celebrare. b. fffo. 95. cōce. 306. Interdictū.
℣ Aduerte qꝫ supradicta cōcessio: quo ad sepellionē cōfratrū: ⁊ germanorum Collectoꝝ.
ordinis fuit discussa: ⁊ ventilata in vniuersitate Salmātina ⁊ fuit declaratum
⁊ determinatū per plures insignes doctores iuris peritissimos: debere solū in- 1
telligi de illis cōfratribus qui licet remaneāt in seculo: ⁊ non mutēt habitū se-
culare: tñ sunt: vel fiūt oblati ordinis: ⁊ faciūt donationē inter viuos oīm bo
norum suorū dicto ordini: reseruādo sibi vsum fructū quādiu vixerint: ⁊ nō
de alijs cōfratribus cōmuniter vsitatis. Fundatur autē hec determinatio ⁊ de
claratio predictorum doctorū in capitulo Ut priuilegia de priuilegijs libro. 5.
decretaliū: qđ capm ad litteram dicit: qꝫ solum tales predicti confratres gau-
deant ecclesiastica sepultura tempore interdicti: ⁊ non alij.

℣ Item Idem ioannes concessit qꝫ anime defunctorum pro quibus ordini ⁊ fra 17
tribus eiusdē collata fuerit elemosina: admitterētur ad omnia beneficia: ⁊ suf Pro defun-
fragia: ⁊ ad omnes gratias totius ordinis. Et remittit eisdem benefactoribus ctis.
septimam partem suorū predicatorum. b. fffo. 95. conce. 308.

¶ Sequuntur alie plures indulgentie concesse exhibentibus opera
charitatis erga Carmelitanos ⁊ eorum domos.

Leo. 4. ꝯcessit xp̄i fidelibꝰ domos ordinis Carmelitaꝝ ꝯfractas repārā 18
tibꝰ. 7 annos ⁊. 12. quadrage. indul Innocētius. 4. hāc indulgē- Ex ꝓuile. fra
tiā duplicauit. Nicolaus. 5. hāc duplicationē duplicādo cōcessit. Et sic sūt an trū Carme.
ni. 28. ⁊ quadragene. 48. B. fo. 107. Et ffo. 190. ꝯce. 485. ⁊ fffo. III. ꝯce. 504. Pro fabrica

Adrianus. 2. Stephanus. 5. Sergius. 3. Joānes. 10. ⁊ Joannes. 11. 19
Sergiꝰ. 5. ⁊ Innocētiꝰ. 4. reficientibꝰ ecclias dicti ordi- Pro fabrica
nis: vel pro fabricis ipsaꝝ munera dātibꝰ: ac cōfratriā dicti ordinis assumēti- Pro vēsili-
bus: vel etiā vēsilia: vasa: mapas: paramēta: aut alia ad cultuꝫ dei necessaria bꝰ ⁊ ornamē
tribuētibꝰ: vel ad ea habēda manꝰ adiutrices porrigētibꝰ: in vita: vel in mor tis eccl̄iarū.
te legātibus: tertiā partē delictoꝝ relaxarūt. Innocētius. 4. hanc peccatorū re
missionē duplicauit Nicolaus. 5. iterum hanc duplicationem predictis bene
factoribus duplicauit, B. fo. 107. Et ffo. 190. cōce. 485. Et fffo. III. ꝯce. 505.

20 **Honorius.** 10.z Nicolaꝰ.4.oibꝰ vere penitẽtibus:z manus adiu trices dicto ordini porrigentibus:omniũ peccatorũ ve
¶ Distinctio materie interdicti.

Collector. ¶ Aduertendum q̄ earum concessionum que in priuilegijs fratrum mēdicātium habentur circa interdictū: quedam attinent ad modū se habendi tēpore quo ab omnibus seruatur: vel seruari debet interdictū. Et hec ponuntur per se infra primo loco. ¶ Alia vero pertinēt ad suspensionē interdicti in certis festiuitatibus: ac circa modum quo tunc se possunt habere fratres. Ista autem ponuntur successiue secūdo loco. ¶ Nonnulla autē cōcernunt familiares ⁊ procuratores fratrum. Et hec vltimo loco collocata sunt.

¶ Interdictum primo.

1 Celebrare diuina.

Innocentius. 4. concessit vt cum fratres mino. ad loca interdicto supposita venire cōtigerit: possint in eis (excōicatis ⁊ interdictis exclusis) submissa voce: ⁊ nō pulsatis cāpanis: diuina officia celebrare: nisi id fuerit eis specialiter prohibitum. B. fo. 21. Et ffo. 105. conce. 114.

Elemens. 4.cōcessit:vt cū generale interdictū apponi cōtigerit:pos- 2
sint fratres minores in ecclijs:& oratorijs suis: ac in alijs
quibuscūqz cū ad loca peruenerint ecclīastico suppositā interdicto:clausis ia- Celebrare di
nuis(excōmunicatis & interdictis conclusis)nō pulsatis cāpanis: & sub missa uina.
voce celebrare diuina:& ecclesiastica recipere sacramenta:dūmodo causaz non
dederint interdicto:nec cōtingat id eis specialiter interdici:nisi ecclesie:& ora
toria eadē fuerit specialiter interdicta B.fo.56.Et ffo.140.cōce.314.

¶ Idem clemens concessit fratribus ordinis predicatorū qd tpe strictissimi 3
interdicti in suis domib⁹ dūtaxat:exclusis omnibus qui nō fuerint ō ordine Ex priui. fra
suo clausis ianuis:& nō pulsatis cāpanis:vt valeāt quotidie vnam missaz in trū p̄dicato-
cōmuni legēdo audire:seu qlibet sacerdos eiusdez ordinis:cū duob⁹:aut tri- rum.
bus tantū ministris:modo simili vnā missam celebrare possit:dūmodo in eis Pro interdi
dem interdicti sententijs & ordine p̄dicto:& de hac concessione non fiat mētio cto strictissi-
specialis.b.ffo.73.conce.189. mo.

Nicolaus. 4.cōcessit fratrib⁹ mi.qd dū appositū fuerit interdictuz 4
in ciuitatib⁹ vl'locis vbi habitāt p̄dicti fratres:nō obstā
tib⁹ priuilegijs:seu indultis quibuscūqz religiosis a sede aplica cōcessis: & oīa
in hmōi interdictis ecclīastica sacramēta p̄hibeant:exceptis baptismate puu 3
lorū & penitētijs mortētiū:possint fratres tpe talis interdicti sua cōfiteri petā: &
ab ipis absolui:ac simul legere diuinū officiū:& missas celebrare ianuis clau-
sis:nō pulsatis cāpanis:voce submissa:excōicatis & interdictis:ac oīb⁹ psonis
que nō sint de ordine p̄dicto exclusis:necnō tpib⁹ cōsuetis iuxta morē dicti or Celebrare di
dinis:sacre cōionis:& extreme vnctiōis sacramēta recipere:nō obstāte p̄hibi- uina.
tiōe p̄fata:seu aliqb⁹ lr̄is sup hoc a sede aplica ipetratis q̄ de ordine p̄dicto:& ō
hac indulgētia specialē nō fecerint mētionē.B.fo.21.Et ffo.105.conce.222.

Pius. 2.declarauit qualr fratres mi.in obseruatiōe interdicti se habere 5
debeāt dicēs:qd si interdictū fuerit aplicū:tūc postq̄z p̄dictis fra Pro interdi
tribus(qui loca interdicta inhabitāt)insinuatio facta fuerit:ad obseruātiā il- cto aplico:&
lius interdicti astringant:nulla exceptiōe:aut excusatione admissa:etiā si cete- ordinario.
ri religiosi:ac sc̄lares ex quacūqz cā nō obseruauerint.Sed si interdictū fuerit
ordinariū:tūc solū ad illius obseruātiā obligent qui matricē ecclesiā illud vi-
derint obseruare.b.fo.50.Et ffo.49.cōce.25.¶ De hoc vide infra.§.sequēti.

Innocentius. 8.reuocauit supradictā ordinationē:seu declara- 6
tionē Pij.2.de obseruatiōe interdicti aplīci.s.qd & si Pro interdi
non obseruet ab ecclīa matrice debeat obseruari a fratrib⁹ mi.& reduxit eos cto aplico.
ad ius cōmune.¶ Hec reuocatio fuit reperta i libro cuiusdā patris notabilis Collector.
sub forma oraculi viuevocis:& ex obliuione nō est posita in aliquo libroz pui
legiorū ordinis ipressoz.Nullibi tn̄ reperi sub autētico.Attamē de ipsa quin
fuerit cōcessa:nō est dubitandū:vt mihi videt.Nō enī est verisimile aliquē sic
sue salutis esse īmemorē:vt presertim nullo interueniēte interesse:auderet asse
rere tale quid fuisse concessum:nisi ita esset.

Julius. 2.fecit quādam cōcessionem circa pceptionē sacramēti eucha 7
ristie tēpore interdicti:que supra posita est in dictione Cōmu- Cōicare.
nicare.§.8. Vide ibi.

¶ Idem iulius cōcessit fratribus mi.qd si cōtingat aliquam ciuitatem:seu 8
oppidū cū duob⁹ vel tribus milliarib⁹ circūuicinis(infra q̄ milliaria domus Pro quocū

q3 interdicto. fratrum predictorum existũte ecclesiastico supponi interdicto fratres ordinis huiusmodi (nisi causam interdicto dederint vel eis specialiter ex causa legitima interdictum fuerit) huiusmodi interdictum seruare nullatenus teneãtur: si als domus ipsorum fratrum de iure interdicto talis oppidi non comprehẽdantur. B. fo. 43. Et ffo. 126. conce. 278.

9 Pro interdicto ordiario Sepelire fratres.

¶ IDEM iulius concessit fratribus minoribus: q tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi possint sepelire in ecclesijs suis libere: & licite corpora fratrũ eiusdẽ ordinis decedẽtiũ. Et hoc etiã cũ cerimonijs solitis in ordine: ac pulsatis cãpanis missas: & alia diuina officia in similibus celebrari consueta: in omnibus & per omnia: ac si interdicti hmõi huiusmodi appositũ non esset. B. ffo. 212 conce. 516. Et ffo. 72. conce. 219.

10 Nota. Pro interdicto speciali. Collector.

¶ IDEM iulius concessit fratribus Augustinen. vt que ordini suo pro tempore generalis interdicti concessa sunt: ea omnia in speciali interdicto intelligantur esse cõcessa: in quo licere eis voluit eadem omnia que in generali interdicto licere concessum est. b. fffo. 95. conce. 310.

¶ Aduertendum q hec est magna concessio: & valde magna: & ideo valde notanda: & nullis als concessa: vt credo.

11 Pro interdicto ptĩculari

Leo. 10. concessit fratribus mino. obser. q ecclesie domorum suarum interdici non possint ad instantiam cuiuscũq3 persone: etiã cardinalatus honore vel alia quauis fulgente dignitate vel p auditorẽ sacri palatij: aut quoscũq3 alios iudices: nisi tota ciuitas: seu oppidũ vbi domus hmõi consistit: apostolica: seu ordinaria auctoritatibus ecclesiastico supponat interdicto. Ac voluit q in hmõi domibus degentes fratres: ad ipsius interdicti obseruationẽ minime teneãtur. Nec ꝓpterea irregularitatis maculã: aut aliquas sentẽtias: cẽsuras: & penas incurrãt. Sed dũ modo causam nõ dederint hmõi interdicto: possint ianuis aptis: & cãpanis pulsatis: missas & alia diuina officia celebrare: nisi ꝑsona ad cuius instantiã interdictũ fuit appositũ: in eisdẽ domibꝰ degentibus fratribus de alimẽtis: & alijs victui necessarijs rebus cõpetẽter ꝓuideri fecerit. Et dcreuit irritũ: & ianue si secus sup hijs a quocũq3 quauis auctoritate: scienter: vel ignoranter actũ fuerit. B. fffo. 55. conce. 156.

12 Absolutio.

¶ IDEM leo concessit: q tempore interdicti possint fratres mino. absoluere a censuris in foro conscientie illos qui confitebuntur peccata sua: nisi tales cẽsure essent ex quibus hmõi interdictũ emanaret. O. ffo. 59. conce. 174.

13 Pro cessatione a diuinis. Collector.

¶ IDEM leo declarauit & cõcessit eisdẽ fratribꝰ mi. q in forma obseruationis nulla sit differentia inter cessationẽ a diuinis & interdictũ3 quodcũq3. O. fffo. 59. conce. 165.

¶ Aduertendum est circa huiusmodi concessionem: q duo insignes doctores vniuersitatis Salmantine in suis repetitiõbus concluserunt q cessatio generalis a diuinis: & interdictũ loci sunt omnino idem: ita q habet locus in eis capitulum Alma mater. quod est notandum.

14 Pro cessatione a diuinis ac etiam interdicto.

¶ IDEM leo concessit prefatis fratribus mi. q tẽpore interdicti: aut cessationis a diuinis possint duo vel plures fratres extra ecclesiã in domibus suis officium diuinum dicere. Non obstante capitulo Quod in te. De penitẽ. & remissio: & alijs quibuscũq3. Et q qñ extra chorum dicũt predicti fratres horas canonicas: si a casu transeuntes persone interdicte aliquid audierint: nõ ꝓpterea incurratur aliqua censura. O. fffo. 59. conce. 166.

¶Ideꝫ leo concessit qꝫ tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi: possint fratres mino. obser. dare publice professionem fratribus suis: ⁊ in illa cantare hymnum Veni creator spiritus: ⁊ alias cerimonias facere: prout in cõ suetudine habent. O. fffo. 62. conce. 197. 15 Pro interdicto ordina.

¶Ideꝫ leo cõcessit etiã qꝫ prefati fratres mi. possint tpe interdicti ordinarij benedicere mensam: ⁊ post prandium ⁊ cenã deo agere gratias: sicut si nullum esset interdictum. O. fffo. 62. conce. 198. 16 Pro interdicto ordina.

¶Ideꝫ leo concessit: qꝫ silr tpe interdicti ordinarij possint predicti fratres mi. facere processiões p claustra sua: dicẽdo letanias: vel hymnos: aut alia deuota carmina: dũ tñ aliqd diuinũ officiũ nõ dicãt. O. fffo. 62. conce. 199. 17 Pro interdicto ordina.

¶Interdictum: secundo.

Alexander 4. cessit vt cũ gñale fuerit interdictũ possint frẽs mi. in vigilijs ⁊ festiuitatibꝰ sanctoꝝ Frãcisci ⁊ Antonij ac btẽ clare: ⁊ octo diebꝰ imediate sequẽtibus: vna cũ religiosis ⁊ clericis secularibꝰ: qꝫ tũc in ecclesijs fratrũ cõueniũt: aptis ianuis (excõicatis dũtaxat exclusis) diuina officia ibi celebrare: dũmodo hmõi fratres mi. aut pdicti religiosi: ⁊ clerici: causam nõ dederint interdicto: nec pfatis fratribus cõtingat specialiter interdici. b. ffo. 257. cõce. 642. ¶Aduerte qꝫ hec concessio licet fuit reuocata p capitulũ Alma mater: tñ postea reualidata est p Julĩ. 2. vt patet infra. §. 3. 1 Pro tribus sanctis ordi. Collectoꝝ

Alexander 6. extendit priuilegia summorum pontificũ suorũ pdecessorũ quo ad interdictũ. s. qꝫ sicut tempore interdicti poterant fratres mino. celebrare soléniter diuina officia in suis ecclesijs: ⁊ monasterijs in solemnitatibus sanctorum Francisci: Antonij ⁊ beate Clare: ⁊ per suas octauas: ita possint in festiuitatibus aliorum sanctorum dicti ordinis: videlicet Lodouici: Bernardini: Bonauenture: necnon quinqꝫ martyrum de marrochio: sed hoc per diem tantum. o. fo. 66. Et. ffo. 70. conce. 171. 2 Pro oibꝰ sãctis ordinis

Julius 2. cõfirmauit ⁊ de nouo cõcessit priuilegia suorũ predecessorũ circa celebrationem festorum sancti Francisci: ⁊ aliorum sanctorũ ordinis mino. tpe interdicti: extendens etiam eadẽ priuilegia ad festum stigmatũ beati patris Francisci: etiam tpe cessationis a diuinis. Nõ obstãtibꝰ quibuscũqꝫ in contrariũ facientibus: presertim capitulo Alma mater de sententia excõicationis lib. 6. o. ffo. 70. cõce. 178. Et. O. fffo. 54. cõce. 154. 3 Pro festiuitate stigmatum.

¶Aduertẽdũ est tñ qꝫ pdicta cõcessio videtur solum pertinere ad fratres mino. prouinciarum Hispanie: quia ipsis solum directa est. ¶Circa autẽ istã nouã concessionẽ: ⁊ reuocationẽ capituli Alma mater: necnon quo ad oia pertinentia ad celebrationem sanctorum ordinis tempore interdicti: vide illa que in fine huius dictionis sunt addita: ⁊ attende bene ad singula. Collectoꝝ

¶Ideꝫ iulius cõcessit fratribus mino. qꝫ in die sancti Bonauenture: si eadẽ die interdictũ auctoritate aplica appositũ fuerit: possint dicti fratres in suis domibus a primis vespis vsqꝫ ad scãs vesperas eiusdẽ diei inclusiue: alia diuina officia celebrare: seu celebrari facere: sicut in die sancti Francisci missas ⁊ fratres hmõi facere possunt. B. fo. 44. Et ffo. 127. conce. 286. 4 Pro sancto bonauẽtura

Leo 10. cõcessit fratribus mino. de obser. ac monialibus sancte Clare: ⁊ tertie regule sub obediẽtia eorũdẽ fratrum degẽtibus: vt in die san 5

Pro sancta Elisabeth.

cte Elisabeth filie regis vngarie: & per eius octauam: possint tempore interdicti: missas: & alia diuina officia celebrare: seu celebrari facere: quemadmodum possunt in diebus sanctorum Francisci: Antonij: & Clare: & per octauas eorum. B. fffo. 55. conce. 155.

6 Pro omnibus sctis ordinis.

¶ IDem leo declarauit & cōcessit fratribus mino. q̄ priuilegiū concessum de suspendendo interdictum in festis sanctorū sui ordinis: intelligatur de diebꝰ quibus talia festa cadūt: etiam si propter alia maiora festa occurrentia eorū officia in aliū diē transferantur. Concessit etiā q̄ in diebus hmōi suspensionum interdicti: tam virtute priuilegiorū dicti ordinis: quā alias de iure generaliter concessa: possint fratres in domibus suis: intra & extra ecclesiā dicere: & facere omnia illa que nullo existente interdicto fieri possunt. Et hoc propter scrupulum aliquorum qui dicunt q̄ quando suspenditur aliquod interdictum propter aliquod festum: non posse dici nisi officium & missam illius festiuitatis sine alijs orationibus & collectis. O. fffo. 58. conce. 164.

Collector.

¶ Aduerte q̄ virtute huius cōcessionis non possunt fratres sepelire seculares mortuos tempore talis suspēsionis: aut alia similia facere. Hoc patet ex verbis que post concessionem subsequuntur. s. Et hoc propter scrupulum &c.

7 Pro festo cōcep. b. virgi.

¶ IDem leo concessit q̄ in partibus Hispaniar̄ suspēdatur quodcūq; interdictū in festiuitate purissime cōceptionis beate virginis: & p eius octauā: put habetur late supra in dictione Conceptio virginis in. §. 10. Vide ibi.

8 Ex priuileg. fratrū predicatorum.

¶ IDem leo cōcessit fratribus ordinis predicatorū: vt quoties festiuitates sanctor̄ Dnici: Petri martyris: Thome de aquino: & Vincētij: ac sctē Catherine de senis: & earū octaue: quomodocūq; etiā per translationē celebrāde occurrerint: tempore quo ciuitates: oppida: & loca ecclesiastico interdicto: etiam auctoritate apostolica sunt supposita: in ecclesijs domorum suarum: & monasteriorum: quorū cura dicto ordini est cōmissa: nisi ecclesie supradicte: vel huiusmodi fratres nominatim essent interdicti: aut causam dederint interditto aut eam foueāt: possint pulsatis cāpanis: & apertis ianuis: interdictis: & excōmunicatis exclusis: alta voce missas: & alia diuina officia: diurna & nocturna in diebus festiuitatū predictarū: & octauis earū respectiue durantibus: etiā si per octauas ipsarū: & in die octauarū: nō nisi memoria de sanctis fieret: libere & licite celebrare. Ac voluit vt quoties dictarū festiuitatū: & octauarum earundem celebrationes: qualibet ex causa: etiam extra tempus interdicti transferātur: etiam indulgentie dictas ecclesias in festiuitatibus hmōi: & per earū octauas visitantibus pro tpe concesse: ad tēpus celebrationis hmōi sint: & censeantur translate. B. fffo. 82. conce. non signata. Et. b. fffo. 121. conce. 554.

¶ Interdictum tertio.

1 Pro familiaribus & procuratorib⁹: ac operarijs fratrum.

ALexander. 4. cōcessit: q̄ si quādo in plonas: vel terras vbi residēt fratres mi. excōicationis seu interdicti sentētia cōtigerit pmulgari: pueri fratrū seruitijs deputati: negociorūq; suor̄ gestores: seu procuratores: & operarij q̄ in locis fratrū hmōi opibus eorū personaliter constituti institerint: predictis sententijs excōicationis: vel interdicti obnoxij nullatenus habeantur. Vbiq; possint audire diuina: iuxta formā q̄ a sede apostolica est cōcessa eo casu. sez tēpore interdicti: nisi p̄dicte plone causam dederint: vel excommu

nicari:seu interdici contingat.B.fo.31.Et ffo.114.conce.251.

Clemens. 4.concessit fratribus mi.q̄ his qui in eorum morantur obsequijs tēpore interdicti libere possint ministrare cuncta ecclasiastica sacramenta:ꝛ ipsos cum decesserint in suis cemiterijs sepelire. B.fo.56.Et ffo.140.conce.315. 1 Pro familiaribus. Sepelire.

¶ Idem clemēs fecit consimilē cōcessionē in mari magno sicut supascriptam in.§.1.ad litterā.B.fo.56.Et ffo.140.conce.316. 3 ¶ Idē habet in mari magno Carmelitarum.fo.97.Et ffo.180.conce.429.ꝛ in mari magno predicatorum.ffo.236.conce.546.

Joannes. 23.concessit fratribus ordi.predicatorum: q̄ confratres ꝛ germani dicti ordinis possint sepeliri tēpore interdicti in ecclesia vel cemiterio eorūdē fratrū:nisi fuerint excōmunicati publice:vel nominatim. Ibiq̄ diuina celebrare:seu audire.b.fffo.95.conce.306. 4 Ex priuileg. fratr̄ pdica.

¶ Aduertēdū est q̄ q̄ virtute huius cōcessionis p̄dicti fratres p̄dicatores admittebāt ad diuina in aliqbus partibus suos cōfratres:aut germanos viuos ac sepeliebant eosdem cum mori cōtingebat tali tempore:exinde non paruum crupulū exortū est.Et ideo predicta cōcessio fuit ventilata:ꝛ discussa in famatissima vniuersitate Salmātina per plures doctores iuris peritissimos:ꝛ declaratū extitit per eosdē solū debere intelligi de illis cōfratrib⁹ qui licet remaneant in seculo:ꝛ non mutent habitum secularem:tamen sunt:vel fiūt oblati ordinis predicti:ac faciūt donationem inter viuos omnium bonorum suor̄ dicto ordini:reseruādo sibi solum vsum fructū q̄diu vixerint:ꝛ non de alijs confratribus cōmuniter vsitatis in partibus Hispaniarum.Fundatur autē huiusmodi determinatio:seu declaratio in capitulo Ut priuilegia. de priuilegijs.Quod capitulum ad litteram dicit:q̄ solum tales confratres primo nominati gaudent ecclesiastica sepultura:ꝛ non alij. Collector. Nota.

Innocentius. 6.concessit fratribus Augustinen.q̄ tēpore interdicti possint p̄curatores iurati negocior̄ quētuū: ꝛ locorū dicti ordinis:etiam si seculares ꝛ laici existant:interesse diuinis officijs vna cum predictis fratribus:dummodo ipsi nō dederint causam interdicto:nec sint specialiter interdicti.B.fffo.77.conce.231. 5 Ex priuileg. Augustinē. Pro p̄curatorib⁹ fratrū

Sixtus. 4.concessit fratribus mino.q̄ tempore interdicti possint admittere ad diuina fratres:ꝛ sorores tertij ordinis sancti Francisci de penitentia nuncupatos:ac suos ꝛ illorum p̄curatores:ac similiter monialium sancte Clare procuratores:ꝛ negocia gerentes vtriusq̄ sexus.B.fo.59.Et ffo.143.conce.344. 6 Pro tertiarijs: ac familiaribus.

¶ Idem sixtus fecit consimilem concessionem sicut immediate supraposi.tam fratribus Carmelitanis:addēs q̄ similiter tempore interdicti possint admitti ad diuina aduocati fratrum:ꝛ monialium:ac terciariorum.B.fo.97. Et ffo.180.conce.428. 7 Ex priuileg. carmelitar̄.

Leo. 10.concessit fratribus minoribus obseruātie q̄ tempore interdicti non teneantur cuitare laborantes in suis domibus: diebus quib⁹ laborauerint:etiam si non sint familiares:ꝛ seruitores cōtinui cōmessales fratrum:ꝛ eis soluatur salarium.O:fffo.59.concessione.167. 8 Pro laborātibus i locis fratrum. Collector.

Quia in concessionibus supascriptis materie interdicti impleant̄ nonnulla que indigent declaratione: ideo pro intelligentia illarum

sunt notanda sequentia.

Primus notabile. **Primo** ergo sciendum est: q̄ (omissis multis distinctionibus: ꝛ subdistinctionibus que a doctoribus fiunt: presertim de interdicto loci: vel populi: de quibus late videri potest per Calderinum in tractatu de interdicto: ꝛ summistas) duplex est interdictum; scilicet generale: ac particulare. Generale est quādo interdicitur regnum: diocesis: ciuitas: oppidum: seurus. ꝛc. Particulare est quādo non interdicitur aliquid suprādictorum: sed solus ecclesia: vel ecclesie: aut aliquid aliud in ciuitate: seu loco: etiam si interdicantur omnes ecclesie ciuitatis: diocesis: prouincie: aut regni: ac etiam totius mūdi. Quia ex quo ex quo extra illas in quolibet alio loco potest celebrari: censetur interdictum particulare. ¶ Notandū est igitur ꝛ mente tenēdū: q̄ oēs cōstitutiones: seu concessiones iuris cōmunis: ac etiā priuilegiorū particulariū facte: ꝛ que cōmuniter fiūt: pro interdicto generali sunt. Et sic capitulū Alma mater de sentētia excōmunicationis: per qd conceditur vt tpe interdicti possit celebrari ianuis clausis ꝛc. Intelligitur de huiusmodi generali interdicto: ꝛ cōiter istud ponitur. ¶ Notādū est etiā: q̄ q̄n nō interdicitur locus sed homines: vcz cōitas alicuius ciuitatis: vel oppidi: seu populus: ꝛ homines talis loci: aut etiam totius regni: tūc cum loca non sint interdicta: ecclesiastis talibus hominibus interdictis: celebrari poterit ianuis apertis: ac si non esset interdictū: licet aliqui doctores dixerit oppositum. Nam capitulum Alma mater de sententia excommunicationis: de interdicto locorum loquitur.

Alterum notabile. **Secundo** est aduertendum: q̄ antiquitus. scz ante capitulum Alma mater: qd editum fuit a Bonifacio. viij. Anno dñi. 1300. solum a iure (tempore predicti interdicti generalis) concessa erant sequentia. s. q̄ posset celebrari semel in hebdomada ad renouādū sacramētū. Et q̄ possent administrari sacramēta baptismatis: ꝛ penitentie: ac eucharistie pro infirmis. Et q̄ sepultura clericis morientibus: qui obseruassent tale interdictū dari posset cū silentio. Item q̄ duo: vel tres insimul possent in ecclesijs ianuis clausis ꝛc. officiū diuinum dicere: ac taliter q̄ extra nequiret audiri. Itaq; quicunq; amplius volebat habere: oportebat vt per priuilegium particulare obtineret sibi cōcedi. Ac propterea tpe illo fuit nobis concessum per Clemētem. 4. ac Nicolaum etiā. 4. q̄ possemus in ecclesijs ac oratorijs nostris: ac quibuscūq; alijs ad que nos declinare contingeret: celebrare diuinū officium: ꝛ recipere sacramenta ecclesiastica: ianuis tamē clausis ꝛc. Item q̄ etiam si apponeretur interdictū cum sequenti clausula. (Nō obstantibus priuilegijs quibuscūq; religiosis cōcessis: prohibemus q̄ nulla sacramenta ecclesiastica valeāt ministrari: exceptis baptismate paruulorū: ꝛ penitencia morientiū: ꝛ q̄ nullū officium diuinū possit dici) nihilominus omnia suprādicta possent fratres facere: exclusis omnibus personis que nō sunt de ordine nostro: nisi de hmōi indulgentia fieret expressa mentio. Item fuit cōcessum q̄ possemus tali tpe admittere ad diuina pueros nostris seruitij deputatos: ac negociorū nostrorū pcuratores ꝛ operarios. Itē p Alexādrū. 4. cōcessus fuit q̄ possemus in vigilijs ꝛ festiuitatib⁹ ac per octauas sanctor⁹ Frācisci: Antonij: ꝛ Clare: vna cū religiosis ꝛ clericis q ad nras ecclias cōuenissent: publice: ac solēniter diuina officia celebrare: nisi id specialiter nobis fuerit prohibitum: aut nos: seu prefati religiosi: et clerici dedissemus causam interdicto. Et idem pontifex concessionem similem

fecit fratribus predicatoribus pro sanctis Dominico: & Petro martyre. Post hec omnia predictus Bonifacius. viij. fecit: & promulgauit dictum capitulū Alma mater: in quo concessit vt in eibus ecclesijs & monasterijs possent generaliter celebrari diuina officia ianuis clausis &c. & administrari sacramēta baptismatis: & penitentie: ac celebrari solenniter in quattuor festiuitatibus ibi contentis. Et reuocauit omnia priuilegia super hac materia concessa quibuscunq; personis: ac etiam religionibus: dicens q; sufficere deberet omnib⁹ sua prouisio quam in supradicto capitulo fecit. Sed quia idem Bonifacius dedit nobis iterum mare magnum in quo continebātur omnia supradicta nobis concessa: ideo iterato habuimus nostra supradicta priuilegia: etiam circa interdictum: excepta concessione de celebratione solemni in festiuitatibus sanctorum Francisci &c. quia non continebatur in predicto mari magno: sed in alia bulla per se. Et sic a tempore dicti capituli Alma mater: non habuimus pro hoc priuilegium aliud: nec fratres vsi sunt supradicta concessione vsq; ad tempora moderna proxime precedentia in quibus in aliquib⁹ partibus incepere vti iterum supradicto priuilegio. Et sumpta occasiōe ex huiusmodi priuilegio & eius vsu quidam pater cōmissarius Romane curie impetrauit viue vocis oraculo extensionem illius ad festiuitates sanctorum Lodouici: Bernardini: Bonauēture: ac quinq; martyrum de marrochio. Quod etiā quātum ad sanctum Bonauenturam per breue Julij. 2. extitit postea cōcessum. ¶ Cū autem aliqui fratres scrupulosi: seu curiosi dubitarēt de his: scilicet de predicta concessione Alexandri. 4. an scilicet esset viuificata vel nō: & per cōsequens vtrum extensiones illius ad alia festa valerent: non inuenientes fundamentum validum: ac sufficiens: asserebant huiusmodi concessiones circa celebrationem solēnem dictarum festiuitatum esse nullas. Nam prima concessio pro festiuitatibus sanctorum Francisci &c. erat reuocata per capitulum Alma mater supra allegatum: & nulla reualidatio inueniebatur data: & per consequens cetera que super dictum priuilegium fundabantur erant nullius momenti. Et ex his inferebant qō fratres non valebant celebrare solemniter diuina in talibus festiuitatibus sine incursione censurarum. Ac propterea ad tollendum huiusmodi scrupulum: & elucidandam veritatem: alij fratres amplius eruditi: & studiosiores in rebus religionis scrutati sunt per q̄ diligentissime priuilegia nostra: & tandem deuentum est ad confirmationem: ac nouaz concessionem priuilegiorum per Sixtum quartum factam cum clausulis fortissimis: presertim q; non obstantibus reuocationibus apostolicis possemus vti omnibus priuilegijs predecessorum suorum: prout habetur in bulla aurea versus finem. Ex quibus verbis visum est q; fratres a tempore Sixti quarti licite potuerunt celebrare solemniter predicta festa: sicut ante reuocationē poterant. Nam aliter nihil operentur in illa verba (non obstantibus reuocationibus) cum tamen secūdum iura: omnia que ponuntur in indultis apostolicis debeant aliquid operari. Ex quibus conclusum est per plures iuris peritissimos vniuersitatis Salmantine: q; erat viuificatum: seu reualidatum priuilegium predictum: & per consequens alie concessiones super illud fundate: erant similiter valide: ac ab omni subreptione aliene. ¶ Postea autem ad abundantiorem cautelam Julius secundus ad instantiam protectoris ordinis nostri: procurantibus quibusdam ex fratribus Hyspanie: predictas cō-

ceſſiones quo ad predictas feſtiuitates approbauit: addens hoc idem facere poſſent in die ſtigmatum beati Franciſci: ⁊ etiã tẽpore ceſſationis a diuinis. Et hoc non ſolũ predicta confirmãdo: verũetiam illa de nouo comedẽdo: nõ obſtante capĩo Alma mater ⁊c. Sed adhuc cũ omnibus ſupradictis: aliqui non fuerũt ad plenum ſatiſfacti dubitãtes vtrum hmõi cõceſſio Julij eſſet valida: ex eo q̃ non fuiſſet expoſitũ dicto põtifici qualiter Bonifacius octauo reuocauerat priuilegiũ Alexãdri. 4. Verũtamẽ ab alijs in iure peritis reſpõſum eſt q̃ cũ ſcõm iura p̃nceps cẽſeatur habere oia iura in pectore ſuo: ſatis eſt quod pape dictum fuit: ſcz q̃ conceſſio illa facta fuerat ab Alexandro. 4.

¶ Alij inſuper dubitauerũt: vtrũ p̃ſuppoſito q̃ huiuſmodi cõceſſio ſit valida: an fuerit generalis pro toto ordine vel ſolum pro partibus Hiſpaniarũ: propterea quia ibi dicitur (conceſſit eiſdẽ.) Attamẽ (ſaluo meliori iudicio) videt̃ q̃ fuit generalis: quia predicta dictio eiſdem: põt referri ad omnes fratres ordinis. Et ita ſiue per nouam conceſſionem Sixti ſupradictam: ſiue per conceſſionem Julij: vel per vtrãq; videtur non eſſe aliquatenus dubitãdum de huiuſmodi facultate celebrandi ſoléniter predicta feſta. ¶ Aduertendum eſt etiã q̃ cõceſſio conſimilis facta pro conceptione virginis gloriose: ⁊ eius octaua: habet etiã aliquod fundamentũ in predicta conceſſione Alexandri. 4. Nam dicitur ibi: q̃ fratribus mi. conceſſum ſit vt in ſolẽnitatibus ſanctorũ Franciſci ⁊c. ¶ Poſtea etiã ſup idẽ fundamẽtũ cõceſſum eſt a Leone. 10. q̃ in feſto ſancte Helyſabeth regine Ungarie: ac in eius octaua poſſit celebrari ſicut in feſtiuitatibus ſanctorum Franciſci ⁊c. Circa quã conceſſionem ortum eſt aliquod ſcrupulum: ſcz vtrum ſit ſubreptitia ex hoc q̃ ipſa ſancta nõ fuit regina: ſed filia regis Ungarie: ſicut in ſupplicatione poſitum eſt.

¶ Aduertẽdum eſt inſuper q̃ aliqui fratres noſtri aduertẽtes q̃ (etiam omnibus ſupradictis exiſtẽtibus validis) non poterant ſoléniter celebrare tempore interdicti infra octauas omnium ſanctorum ordinis: exceptis tribus ſupradictis: ac deſiderãtes idem habere pro octauis omnium ſanctorum ſuor̃: ſed nihilominus dubitantes ſe poſſe hoc obtinere ſi nude: ⁊ clare pontifice poſtularent: conſiderantesq; conceſſum eſſe olim fratribus ordinis predicatorum ab Alexandro. 4. vt predictum eſt poſſe celebrare ſolẽniter in feſtiuitatibus: ⁊ octauis ſanctorum Dominici: ⁊ Petri martyris: ac reualidatum id etiam fore per bullam auream a Sixto. 4. editam: propter rationem ſupradictam circa conceſſionem noſtraz: cũ huiuſmodi bulla nobis eiſq; ſit cõmunis: obtinuerunt a Julio. 2. vt ea que in honorem ſanctorum Dominici: Petri martyris: ⁊ Thome de aquino: ⁊ Catherine de ſenis: fratrib⁹ vel locis ordinis predicatorum ſunt cõceſſa: intelligantur ſimiliter conceſſa nobis: ⁊ locis noſtris in feſtiuitatibus ſanctorum Franciſci: Antonij: Lodouici: Benardini: ⁊ Bonauẽture: ac quinq; martyrum: ⁊ in alijs feſtiuitatibus noſtri ordinis: licet ſint in maiori numero q̃ feſta fratrum predicatorum. Ita q̃ illud quod cõceditur omnibus ſanctis ordinis predicatorum iunctim: ⁊ cuilibet: ſeu aliquibus eorum: intelligatur cõceſſum omnib⁹ ſanctis noſtri ordinis: etiã iunctim: ⁊ cuilibet eorũ: etiã ſi noſtri ſint in maiori numero. Ex qua conceſſione illatũ eſt q̃ poſſumus celebrare ſoléniter omnes octauas ſanctor̃ noſtri ordinis: ſicut (vt predictum eſt) cõceſſum fuit fratribus predicatoribus pro duabus feſtiuitatibus ſuis. Attñ in hoc poſſet non immerito haberi ſcrupulum: ex eo quia idz

Alexander. 4. qui dictū priuilegium cōcessit fratribus predicatorū pro sanctis Dñico: ⁊ Petro: cōcessit ⁊ nobis sub cōsimilibus verbis pro sanctis Francisco: Antonio: ⁊ Clara. Unde forte si Julio. 2. expecificatū fuisset hoc: non cōcessisset vt supra: sed dixisset. Sitis cōtenti cum cōcessione propria vestra: ⁊ illi cum sua. Sed hoc nō obstante in ciuitate Salmantina: ex cōsilio iurisperitorum vniuersitatis illius insignis Anno dñi. 1522. in octaua sancti Bernardini: tempore interdicti celebrauerunt fratres solēniter diuina.

¶ Post omnia supradicta: obtinuerunt fratres ordinis predicatorum a Leone 10. aliam cōcessionem cū hac relatione: q quia fratribus mi. cōcessum erat vt in festiuitatibus sanctorū Francisci: Antonij: Lodouici: Bonauenture: ac eorum octauis possent celebrare tempore interdicti (etiam apostolica auctoritate appositi) q similiter possent ipsi in suis festiuitatibus: ac etiam in monasterijs suarū monialiū ⁊c. ¶ Circa q est aduertēdū q hec supplicatio: seu illā faciēs peccauit in duobus. Primo q⁹ relatio fuit in parte falsa. Nam saltem expresse non est cōcessum nobis predictum indultum pro octauis sanctorū Lodouici: ⁊ Bonauēture: prout ipsi retulerunt. Secūdo q⁹ in nostra cōcessiōe simpliciter dicitur: tēpore interdicti: absq; additione apostolici: sicut ipsi addiderūt. Licet tamen ꝟm veritatem ita sit intelligendū. Et ideo videndum est vtrū hec concessio fuerit subrepticia propter hmōi defectus: presertim q⁹ est gratiosa: vbi minimus defectus sufficit ad causandam subreptionē. Videtur tamen q non: immo q sit valida ⁊ sufficiens: nam licet nos directe nō haberemus pro predictis octauis: tamen indirecte p reductionē supra positaꝫ habebamus. Et idem dici potest: quo ad aliud de expressione interdicti apostolici. Et q amplius est q⁹ papa in concessione hmōi nō videtur se fundare super relationeꝫ predictam: nā dicit sic. Nos autē ad tantorū sanctorū merita: ⁊ venerationem debitum respectum habentes hmōi supplicationibus inclinati: deuotionis tre ⁊c. Et sic videtur q absq; aliqua hesitatiōe possumus diuina soleniter celebrare in oīb⁹ festiuitatibus nostris: ⁊ p eorū octauas. Qui tñ in hoc adhuc dubitauerit: cōsulat pitiores. Et hoc quo ad festiuitates sctorū dixisse sit satis. Nota. Resolutio supradictorum.

Itinerantes fratres.

ALexander. 4. concessit omnibus recipientibus fratres mino viatores in domibus suis: ⁊ ministrantibus alimenta: soluētibus naula: passalia: ⁊ alia pietatis obsequia dictis fratribus ministrantibus: indulgentiaꝫ quadraginta annorum. b. ffo. 260. conce. 655. 1 Indulgētia

Concilium constantie statuit q quādo fratres mi. obser. quacūq; ex causa per modū proficiscētur: seu iter fecerint: possint ad loca ⁊ cōuentus fratrum cōuentualium eiusdē ordinis declinare si voluerint. Ad alia vero loca fratrum in obseruantia sibi similium: semper declinare teneantur: iuxta quod in statutis ordinis continetur. B. fo. 26. Et ffo. 110. conce. 236. 2 Hospitium

Calixtus. 3. statuit ⁊ ordinauit q omnes ⁊ singuli fratres mi. tā conuentuales q̄ obseruantes: ad ciuitates: terras: siue castra in quibus conuentus dicti ordinis fuerint pro tempore accedentes: teneantur ⁊ debeant eorundem locorū prelatis suis respectiue se presentare. In qua 3

quidem ciuitatē vel terra: ſi vnus dumtaxat cōuentus fuerit: ad ipſius vnius prelatū debeāt ſe cōferre: illius mādatis humiliter pariturī. Et precepit ſub excōicatio. cōmunicationis pena ne in predictis ciuitatibus: ſeu terris: ſine ꝓlatoꝝ ſuoꝝ licentia permanere preſumāt. B. fo. 6. Et ffo. 90. conce. 197. prope finem.

4 **Innocentius** 8. conceſſit q̄ fratres mi. qui per obedientiā reperiuntur extra conuentus ⁊ loca: poſſint promereri indulgētias ſtationū: ⁊ alias cōceſſas in eccleſijs fratrū mi. dicēdo quinquies Indulgētia Pater noſter ⁊ Aue maria in quacunq; eccleſia ⁊ loco ea dixerint pro intentione ⁊ propoſito illius indulgentie: prout illi qui predictis ſuis locis dicunt ea. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 160.

5 **Leo** 10. conceſſit q̄ fratres mi. itinerantes poſſint tranſferre ieiunium Ieiunium. Collector. diei itineris ad alium diem. o. fffo. 93. conce. 286.

¶ Quo ad hoſpitia perpetua relicta ꝑ fratribus itinerātibus: habetur q̄da declaratio capituli generalis infra: in dictione Paupertas: prope finem.

Laici fratres.

1 **Alixtus** 3. cōceſſit q̄ fratres mi. laici poſſint tāgere ca-
Indulgētia plenaria. lices ⁊ lauare corporalia: ⁊ alia eccleſiaſtica cū expedierit. o. ffo. 65. conce. 91. Et fffo. 101. conce. 398.

2 **Innocentius** 8. conceſſit p̄dictis frib⁹ laicis idul-
ple. q̄n cōicāt i dieb⁹ dñicis: ⁊ feſtiuitatib⁹ dñi: ⁊ btē marie: ac ſctoꝝ nr̄i ordis. o. ffo. 69. ꝛc. 148

3 **Leo** 10. conceſſit: q̄ fratres predicti laici ſocij generaliū vel puincialiū
Diſſa. eo tantū tēpore quo ſocij ſunt: ⁊ extra loca ⁊ cōuentus cū inſeruiūt miſſis predictis prelatis poſſint propꝛijs manibus tractare vaſa ſacri miniſterij. ſ. calices ⁊ corporalia: explicando ⁊ plicando poſt miſſam: ſicut clericus in ſacris cōſtitutus. In cōuentibus vero vbi ſunt alij fratres ad miniſtrādū: cōcedere recuſauit. o. fffo. 92. conce. 269.

Collector. ¶ Aduerte q̄ non obſtante hac conceſſione ſtricta poſſunt fratres vti prima ſupꝛapoſita: quia qui hanc impetrauit ignorabat primam: ⁊ quia in hac non ponitur aliqua reuocatio alterius.

4 ¶ Item Leo ſtatuit q̄ quādo aliquis frater laicus ad clericatum aſcēderit extra obediētiam prelatoꝝ ordinis: etiā ſi vlq; ad ſacerdotiū promotus ſit: poſtq̄ reuerſus fuerit: omni honore clericali priuetur: nec permittatur canonicum perſoluere officiū: ſed laicoꝝ officium perſoluēs ad merum ſtatū ſuū laicalem reducatur. ¶ Aduerte q̄ virtute prefate cōceſſionis: in capꝛo gñali lugduni celebrato fuit renouatum ſtatutum ne fratres laici ad clericatum aſcendant: ſine conſenſu generalis miniſtri aut capituli generalis. Et hoc vigore p̄dicti indulti: a ſanctiſſimo dño papa Leone: nouiſſime ordini conceſſo.

Collector. ¶ Aduertendum eſt etiā q̄ ratione huius ſtatuti auctoꝛitate aplica facti: non poſſunt ex tunc vllo modo aliqui fratres laici ad ordines ſacros: neq; ad clericatum promoueri: vel aſſumi a quibuſcunq; prelatis ordinis: generali miniſtro inferioꝛibus: etiam in ſuis capitulis puincialibus: niſi de nouo obtineatur auctoꝛitas apoſtolica ſpecialis vel generalis. ¶ Aduerte etiā q̄ iſtud non habetur in priuilegijs ordinis impreſſis: ſed fuit publicatum in capitulo generali Lugduñ. Anno dñi. 1581. preſidēte auctoꝛitate aplica reuerendi. dño Car-

dinali de Ara celi: ⁊ fuit positũ in tabula diffinitiõis p̃dicti capituli gñalis.

¶ Sciendum est insuper q̃ circa fratres mĩno. laicos ordinata sunt nonnulla in alijs diuersis capitulis generalibus: prout inferius annotatur. Collector

¶ In capitulo gñali: vbi fuit electus quintus minister generalis p̃sente summo pontifice Gregorio. 9. inhabilitati sunt fratres laici ad officia ordinis qui vsq3 tũc dicta officia vt clerici exercebant. fo. 209. trac. 3. Et. ffo. 227. trac. 2. Statutũ generale.

¶ In capitulo gñali Barchinone celebrato: vbi fuit electꝰ. 2. vicarius gñalis ordinatũ est: q̃ nullꝰ frater laicꝰ ad clericatũ ascẽdat: sed vnusq3q3 in sua vocatiõe qua a ꝺo vocatꝰ est p̃maneat. Et q̃ nullꝰ eoꝝ tõsurã clericalẽ ferat: nisi eã ab epo recepit: ⁊ sit tũc in parua quãtitate. fo. 218. tra. 3. Et. ffo. 236. trac. 2. Statutũ generale.

¶ In capitulo generali in conuentu montis lucij celebrato: vbi fuit electus. 6 vicarius generalis ordinatum est q̃ quicunq3 frater laicus apostatauerit: ⁊ extra familiam ordines susceperit: si contingat ipsum demum in familia nostra recipi: maneat suspensus ab executione ordinum: ⁊ ab omni promotione ad officia omnimode: quo ad vsq3 per generale capitulu3 fuerit aliud determinatum. fo. 222. tractatu. 3. Et. ffo. 240. tractatu. 2. Statutũ generale.

¶ In dicto capitulo gñali celebrato in cõuentu mõtis lucij: vbi fuit electus. 13. vicarius generalis ordinatũ est: q̃ fratres laici qui ad clericatũ: seu ad sacros ordines contra generale statutum promoti fuerint: vel in posterũ promotionẽ procurare: directe vel indirecte p̃sumpserint: ad vlteriores gradus: vel ordines nulla ratione promoueantur. Et si in officijs p̃lationis: p̃sidentie vel cõfessionis extiterint: sint ipso facto p̃uati. ffo. 244. tractatu. 2. Statutu3 generale.

Legata.

IRtus. 4. cõcessit q̃ plati fratrũ mĩno. obseruan. possint cõmutare legata facta locis eiusdem ordinis: ad vnũ vsum in alium: sine scandalo tamen illorum ad quos solutio talium legatorum pertinet. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 95. 1

¶ Vide circa huiusmodi materiã: aliqua in dictione Eleemosinas. §. 2. et in dictione Heredes: seu hereditas. §. 2. Et attende ad illa que ponuntur ibidem post omnes concessiones. Collector

Licentiare fratres vel moniales.

¶ Qualiter fratres mĩ. obser. possint ⁊ debeãt licẽtiari a p̃latis ordinis: vel a sede apostolica: vt licite valeãt transire ad aliũ ordinẽ: vel ad cõuentuales eiusdẽ ordinis: habet supra in dictione Apostate in oĩbus. §. vbi in margine est hec dictio Licẽtia: seu licẽtiare. Et in dictiõe Cõuẽtuales fratres. §. 1. Et in dictione Exẽpti fratres: p̃sertim in tribus. §. vltimis. Sed quõ moniales sancte Clare possint licentiari: vt ad alia monasteria eiusdem ordinis valeant transire: seu alias: habetur supra in dictione Clausura monialium: vide ibi. Collector

Loca fratrum.

¶ Qualiter fratres mĩno. possint recipere loca eis oblata pro sua habitatione vide supra in dictione Edificare. §. 4. et. 9. vsq3 ad. 12. ac. 17. et. 18. ⁊ 20. Et qualiter huiusmodi loca possint deserere: vide etiam vbi supra eadem dictione. §. 7. et. 13. ⁊ 14. Collector

Magiſter.

1 Gradus ſcolaſtici.

Artinus. 5. prohibuit vt nullus frater mi. poſſit recipere gradū magiſterij: niſi perfecerit curſum ſibi prefixum per conſtitutiones apoſtolicas: ⁊ ordinis: ac niſi alias idoneus fuerit. B. ffo. 35. conceſſione. 40. ¶ De hoc multa alia poſita ſunt ſupra in dictione Gradus ſcolaſtici per totam.

2 Electio.

Leo. 10. in bulla concordie ſtatuit q̄ fratres mino. conuentuales eligant vnum fratrem ſuper ſeipſos: qui magiſter generalis fratrū conuētualium in perpetuum appellari debeat. B. fffo. 31. conce. 105.

3 Electio.

¶ Item leo ſtatuit q̄ in ſingulis p̄uincijs deputari ad regimē fratrū mi. cōuentualiū: vocentur magiſtri p̄ouinciales fratrū cōuētualiū. Et q̄ hmōi magiſtri a miniſtris p̄ouincialibus regularis obſeruātie cōfirmationem electionum de eis p̄o tēpore factarum petere teneātur: eo modo quo vicarij p̄ouinciales olim de familia: ſeu de obſeruātia nūcupati: antea a miniſtri p̄uincialibus fratrū conuentualium petere tenebantur. B. fffo. 31. conce. 106.

4 Electio.

¶ Item leo reuocauit: caſſauit: ⁊ annullauit: ac viribꝰ penitus ⁊ omnīo carere decreuit electionē p̄mi magiſtri gn̄alis fratrū mi. cōuentualiū: quā ſub noīe miniſtri gn̄alis fecerāt fratres cōuentuales: ac nullā fuiſſe declarauit: ſed eā p̄ electione canonica magiſtri generalis cōfirmauit: ⁊ approbauit: ac ſi facta fuiſſet ſub nomine magiſtri generalis cōuentualium. B. fffo. 33. cōce. 116.

Mendicare.

1 Pro fratribus p̄dica. ⁊ minoribus.

Lexander. 4. declarauit: q̄ mēdicitas fratrum mi. ⁊ p̄dicatorum eſt meritoria. Et q̄ p̄dicti fratres tam ab his quibus predicāt: q̄ ab alijs poſſunt petere: ⁊ recipere elemoſinas. Ac q̄ illi poſſunt hmōi elemoſinas eiſdem fratribus ſalubriter elargiri. b. ffo. 26. conce. 15.

Collector.

¶ De hac materia vide ſupra in dictione Elemoſinas. §. 4. ⁊ 5. ac. 7. Et infra in dictione Paupertas.

Miniſtri.

¶ Diſtinctio priuilegiorum attinentium ad miniſtros.

Collector.

¶ Contenta in priuilegijs reſpectu miniſtrorꝫ ſic diſtinguntur. ¶ Primo em̄ ſunt ibi aliqua q̄ particulariter p̄tinēt ad miniſtrū generalē. Et hec habentur ſimul in dictione Generalis miniſter. ¶ Scō reperiunt aliqua q̄ attinent ad miniſtros p̄uinciales: vel in particulari: aut in quibꝰ eſt eis cōis auctoritas cū generali. Et hec ſubdiſtinguntˢ. Nam quedā cōcernūt electionē: aut inſtitutionē hmōi miniſtrorꝫ. Iſta autē habentˢ ſupra ī dictiōe Electio. §. 3. ⁊. 6. Et in dictiōe Cōfirmatio p̄latorꝫ. §. 2. Alia ſpectāt ad auctoritatē eorūdē circa collationes officiorꝫ predicationis: ⁊ confeſſionis: ⁊ circa ſolutiones: ⁊ declarationes. Et hec cōtinentˢ infra. §. 1. ⁊. 2. ⁊. 4. ⁊. 5. ⁊ in reliquis ſequētibus vſq; ad. 11. Alia reſpiciunt eorundē miniſtrorꝫ facultatē ad cōferēdas nōnullas indulgētias. Et iſta habentˢ in. §. 3. ⁊. 12. ¶ Ultimo reperitur vbi ſupra aliq̄d p̄tinens ad hmōi miniſtrorꝫ durationem. Hoc autem ponitur in. §. 13.

Clemens. 4. concessit vt singuli prouinciales ministri in suis prouincijs cū diffinitoribus in prouincialibus capitulis congregati: habeant plenam auctoritatem et facultatem examinandi: ⁊ approbandi fratres mino. in sacra pagina eruditos: ⁊ eis officium predicationis (deū habendo preoculis) committendi sicut ex forma regule poterat ipsus minister generalis. B. fo. 56. Et. ffo. 136. conce. 311. 1 Predicatio.

¶ Idem Clemens circa absolutiones fratrum concessit multa ministris: prout late habetur supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres. §. 2. et. 4. et. 6. et. 9. ac. 10. 2 Absolutio.

Vrbanus. 5. cōcessit q̄ ministri prouinciales de suis puincijs: possint dare suffragia indulgētiarū: ⁊ orationū: ac beneficiorum spiritualiū procuratoribus: ⁊ alijs quibuscunq; psonis deuotis: ⁊ benefactoribus predicti ordinis. b. ffo. 261. conce. 671. Et. fffo. 109. con. 454. 3 Indulgētie.

Sixtus. 4. concessit generali: ⁊ prouincialibus ministris fratrum minauctoritatem copiosam dispensandi cum suis subditis defectum natalium patientibus: ⁊ cum irregularibus: prout posituz est ad longū supra in dictione Dispensatio. in. §. 10. ⁊ 12. 4 Dispensatio

¶ Idem Sixtus concessit prouincialibus carmelitarum: vt in suis capitulis possint instituere fratres suos confessores: prout habetur supra in dictione Confessiones ⁊ confessores. §. 3. 5 Confessores

Innocentius. 8. cōcessit q̄ generalis: ⁊ prouinciales ministri possint dispēsare cū fratribus suis: vt ad sacerdotiū promoueantur in. 22. anno completo. hoc est cum attingentibus. 23. annum. o fo. 63. Et. ffo. 69. conce. 158. Et. fffo. 99. conce. 356. 6 Dispensatio Sacerdotiū

Alexander 6. quo ad reseruationem casuum: ⁊ absolutionem a quibuscunq; delictis ⁊ censuris: dedit magnam auctoritatem ministris generalibus: ⁊ prouincialibus: prout supra positū est in dictione Absolutio ordinaria quoad fratres. §. 13. et. 14. et. 15. 7 Casus reseruati.

Julius. 2. concessit vt prouinciales fratrum minorum habeant eandē potestatem: seu facultatem circa moniales sancte Clare: eorum cure commissas: quam Urbanus. 4. in regula predictarum monialium commisit protectoribus dicti ordinis. B. fffo. 72. conce. 220. 8 Moniales.

¶ Aduertendum est circa hanc concessionem: quia multi abusi sunt illa credētes q̄ facultas ⁊ potestas supradicta collata protectori nunquā fuerit restricta propter q̄ nonnulli prouinciales: ⁊ alij prelati superiores dabant licentiaz aliquibus personis ad ingred'endum monasteria predictarum monialium: cū tamen hoc fuerit expresse prohibitum predicto protectori per Martinum. 5. ac etiam quibuscunq; alijs prelatis: prout dictum est supra in dictione Ingredi monasteria monialium. §. 10. Vide etiam ibi aliam declarationem circa predicta. Vide etiam in dictione Protector ordinis. §. 6. Collector. Nota.

Leo. 10. fecit multas concessiones pertinentes ad ministros: quarum aliquę continentur supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres. §. 21. et. 22. 9

¶ Idem Leo concessit ministris: ⁊ eorum generalibus commissarijs auctoritatem determinandi quę dicantur res viles: aut parui valoris: vt possint da 10 Declarare.

ri a fratribus mño. intra ⁊ extra ordinem: prout habetur supra in dictione Declarare seu determinare. §. 1.

11 Declarare. ¶ Item Leo cōcessit pfatis ministris auctoritatē determinandi in scrupulis subditorū suoꝝ: vt habetur late in predicta dictione Declarare. §. 5.

12 Indulgētia plenaria. ¶ Item leo cōcessit qꝫ oēs prouinciales obseruātie: acta visitatiōe ordinaria in cōuētibus sue prouincie: habeāt facultatē concedēdi indulgētiā plenariam omnibus fratribus cuiuslibet cōuētus sic visitati. Et idez de monialibus sancte Clare: ac tertiarijs in congregatione viuentibus. o. fffo. 93. conce. 285.

13 ¶ Item Leo statuit qꝫ ministri prouinciales vltra triennium in suis non possint continuari officijs. Et voluit qꝫ triennio elapso: pro absolutis ab officio a cunctis fratribus habeantur. Ac etiam qꝫ infra dictum triennium (si minus vtiles inuenti fuerint) possint in capitulis prouincialibus ab officijs absolui. B. fffo. 30. conce. 97. in fine.

Missa.

Collector. ¶ Distinctio concessionum apostolicarū que missas cōcernunt. ¶ Attēde qꝫ omniū que in priuilegijs habētur circa missas: quedā pertinent ad locū celebrationis: ⁊ hec cōtinētur in dictione Celebratio diuinoꝝ. §. 1. et. 2 et. 5. ac. 10. ¶ Alia spectant ad tēpus: seu horam celebrandi: ⁊ ista existūt etiā in dictione Celebratio diuinoꝝ. §. 3. et. 4. et. 6. et. 7. et. 8. et. 11. ¶ Nonnulla vero attinent ad modum celebrandi: ⁊ ista sunt multiplicia. Nam quedā sunt quo ad hymnū angelicū. Et hec habentur in dictione Gloria in excelsis deo. Quedam quo ad simbolum. Et hec habentur in dictione Credo. Quedaꝝ quo ad prefationem: ⁊ hec habentur in dictione Prefatio. Quedam quo ad totā missam. Et hec habentur infra in hac dictione Missa.

1 Pro domicellis. Eugenius. 4. concessit qꝫ puelle nobiles non audientes missam in diebus dominicis: excusantur si sunt in potestate alterius. o. fffo. 102. conce. 417.

2 De sanctis ordinis. ¶ Item Eugenius cōcessit qꝫ fratres qui noluerint dicere missam de dominica infra octauas sanctorum nostri ordinis: non teneantur. o. fffo. 101. conce. 407. ¶ Attende qꝫ supradictū videtur solum habere posse locum quando in huiusmodi dominica poneretur historia dominice.

3 Pro clericis secularibus. Leo. 10. statuit in cōcilio lateranen. qꝫ tā prelati ecclesiastici qꝫ presbyteri seculares: qui vinculo excōis ligati non fuerint: missas in ecclesijs quorūlibet fratrū deuotiōis causa celebrare volētes: celebrare possint. Ipsiqꝫ fratres: tales celebrare volētes libēter recipere debeāt. B. fffo. 25. conce. 70.

4 Pro cōuentib⁹ nouiter reformatis. ¶ Item Leo informatus qꝫ in cōuentibus quos fratres mi. obser. a fratribus conuentualibus eiusdem ordinis (de mandato ⁊ licentia sedis apostolice) reformandos receperūt: tot ⁊ tanta onera: ac fundationes missarū: ⁊ alioꝝ suffragioꝝ cōperiūtur: vt si oībus satisfacere deberent: in multis locis fratres nō sufficerent: quinimmo opus esset quasi vbiqꝫ ordinariū pretermittere officiū ⁊ alia extraordinarie celebrare ⁊ persoluere: ac in plerisqꝫ locis prouentus et redditus ex quibus celebrationes missaruꝫ ⁊ suffragioꝝ huiusmodi fundate substiterant: sunt probati non subsistere: sed penitus alienati: necnon ⁊ paramenta ecclesiastica pro quibus etiam similis obligatio excreuerat: esse omni-

no cõsumpta: decreuit ⁊ declarauit qꝫ predicti fratres qui prouentus ⁊ reddi-
tus ꝓpter quos talia onera imposita sunt non percipiũt: nec ex voto professio-
nis sue percipere possunt: nõ fuisse obligatos: nec esse: nec imposterum si cõti-
gerit similes reformationes incõuentibus fieri: teneri ad similia suffragia per
soluẽda: dũmodo tam in cõibus officijs que quottidie in dictis ecclesijs cele-
brantur: q̃ in priuatis orationib⁹: ⁊ in extraordinarijs missis: ⁊ suffragijs que
in dicto ordine ꝑ singularibus benefactoribus fieri statutũ est: illorum q̃ pdi-
ctos reddituꝫ: ſ. u ornamenta reliquerunt: memoriam specialiter faciant.

¶ Et simili modo concessit qꝫ moniales sancte Clare sub cura dictorum fra-
trum viuẽtes: vbi similes obligationes in reformatis monasterijs forte inue-
nerũt: nõ teneãtur ad hmõi onera: dũ modo etiã in cõibus officijs: ⁊ orationi
bus ꝑuatis: ⁊ alijs extraordinarijs missis: ⁊ suffragijs ꝑ benefactoribus ꝑ eas
ordinatis: ⁊ ordinãdis eoꝝ memoriã faciãt speciale. B. fffo. 18. conce. 58.

Pro cõuen-
tib⁹ moniali-
ũ sctẽ clare

¶ IDEM Leo postea infirmatus qꝫ ante reformationẽ aliquarum domoꝝ
ordinis mi. fratres cõuentuales in illis existẽtes: certa bona: ac annuos reddi-
tus cum onere celebrandi missas: ⁊ alia diuina officia: ⁊ suffragia illis relicta
possidebant: ⁊ qꝫ post reformationem huiusmodi: guardiani ⁊ fratres regula
ris obser. in illis existẽtes bona: ac ãnuos redit⁹ hmõi partiꝫ diuiserũt: ⁊ par-
tim vendiderunt: ⁊ preciũ illorum in reparationem dictaruꝫ domoꝝ: ⁊ alias
necessitates fratrum domoꝝ earumdem conuerterunt: ac etiam qꝫ in aliqui
bus locis regularis obser. dicti ordinis inueniũtur alique obligationes perpe
tue ad missas continue celebrandas: per predecessores prelatos predictorum lo
corum antea contractas: quas si seruare deberent ffratres presentes: ⁊ pro tem-
pore dicta loca inhabitantes (cum ex quotidiana mendicatione: ac laboritio vi
uere habeant) quotidiane necessitatis presidio fraudarentur: declarauit ⁊ or-
dinauit: qꝫ cum predicti fratres iuxta regule sue puram ⁊ debitam obseruan-
tiam ex quotidiano laboritio: ⁊ humili mẽdicatiõe viuere habeãt: nõ fuerũt:
nec sunt capaces onerum perpetuoꝝ huiusmodi per que temporis ꝓgres-
su libertas spiritus in missis ⁊ alijs diuinis officijs: ac in acquirendis vite ne
cessarijs commoditas a fratribus predictis tolleretur Quare omnes ⁊ singu-
las huiusmodi obligationes perpetuas: tam per fratres conuentuales q̃ ꝑ fra
tres obseruantes cum quibuscunqꝫ personis cõtractas: cassauit ⁊ annullauit.
¶ Aduertendum q ea que in priuilegijs reperiuntur circa officium diuinum subsequenti ordine distinguntur. ¶ Primo namq; sunt ibi aliqua que pertinent ad ordiné officij: seu ad formā dicēdi illud. Et hec sub distingūtur. Quedam enim spectant ad festiuitates sanctorum. Et hec habentur infra. §. 2. ⁊. 3. ⁊. 6. ⁊. 9. ⁊. 11. ⁊. 12. ⁊. 21. De octauis autē dictū est supra in dictione Octaue festiuitatis. Alia sunt que in particulari concernunt ferias. Et ista cōtinentur infra. §. 4. ⁊. 15. ⁊. 24. ⁊. 25. ¶ Secundo principaliter continentur in priuilegijs nonnulle dispensationes circa officium diuinum ratione itineris: aut infirmitatis: vel alias. Et hec habentur in. §. 1. ⁊. 8. ⁊. 15. ⁊. 16. ⁊. 17. ⁊. 18. ⁊. 24. ¶ Tertio principaliter sunt aliqua concessa pro supplectione defectuū in hmōi officio cōmissorū. Et ista habentur in. §. 5. ⁊. 7. ⁊. 8. ⁊. 14. ⁊. 26. ⁊. 27. Quarto inueniuntur circa hoc alique indulgentie prout patet infra. §. 10. ⁊. 28. Et nōnulle alie indulgentie que specialiter sunt date pro officio conceptionis: habētur in dictione Conceptio. ¶ Vltimo vero continentur quedā cōcessiones circa facultatem declarandi dubia: ⁊ ordinandi que expedierint circa hmōi officium diuinum: sicut patet in. §. 19. ⁊. 21. Collecter.

Innocentius. 4. cōcessit fratribus mi. vt quando ratione itineris vel alterius rei causa: extra cōuentus: seu loca sua: quemlibet vel quoslibet eorū contigerit degere: possunt diuinum officium fratres cū fratribus: aut simul cū alijs regularib⁹ psonis: vel qlibet separatim facere: alio q̄ romano ordine placuerit. Et q id sufficiat ad p̄ soluendum debitū ad qđ ratione regule tenentur: nec iterum propriū officium dicere teneantur. B. fo. 55. ⁊ ffo. 138. conce. 305. 1 Pro itinerātib⁹ ffribus. Dispēsatio.

Sixtus. 4. concessit: vt officium conceptionis beate virginis per fratrem Bernardinum de Busto copilatum: ⁊ ordinatū: possit libere ⁊ licite dici ⁊ recitari a quibuscunq; volentibus pro deuotione sua illud dicere. B. ffo. 124. conce. 372. 2 De officio cōceptiōis.

¶ Item Sixtus concessit: q fratres minores possint dicere commemorationes omnium sanctorum sui ordinis sub vna antiphona. o. fo. 63. ⁊ ffo. 67 concessione. 116. 3 De sanctis ordinis.

¶ Item Sixtus cōcessit: q quando quis solus dicit matutinum in quadragesima: non teneatur dicere letanias duplices: prout in choro dicuntur quando fit de feria. 9. fo. 64. ⁊ ffo. 68. concessione. 132. ⁊ fffo. 96. concessione. 178. 4 De ferijs.

5 De suppletione ôffectuũ

¶ Idem Sixtus concessit omnibus fratribus mi. non valentibus persolvere diuinum officium bene ac diligenter in choro: prout tenentur: q̃ si per defectum visus vel auditus aliquid prætermiserint: nõ teneãtur illud omissum iterum persoluere: sed dicant vnum .ps. in fine horaꝝ: ꝛ sufficiat eis. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 98. Et fffo. 100 conce. 382.

6

¶ Idem Sixtus concessit nõnulla alia circa celebrationẽ festiuitatũ ꝛ octauarum: que posita sunt supra in dictione Festiuitas. §. 9. ꝛ. 10. ꝛ. 11. Et in dictione Octaue festiuitatum.

7 De suppletione ôffectuũ

Innocentius. 8. concessit q̃ quãdo fratres mi. dimittũt aliquid de diuino officio: nõ ex dolo: possint supplere dicẽdo aliquẽ. ps. vel orationem dominicam: vel Aue maria. o. ffo. 69. ꝓcessio. 149. Et fffo. 99. conce. 362.

8 De suppletione ôffectuũ

¶ Idem Innocẽtius concessit q̃ fratres professi nescientes per se plene persoluere officium diuinũ: non teneãtur ad id sub pena peccati mortalis donec sciuerint illud: dũmodo faciant qđ in se est: ꝛ dicãt sicut sciunt: ꝛ vltra dicãt horas fratrũ laycoꝝ. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 156. Et fffo. 100. conce. 373.

9 De celebratiõe quorũdam festoꝝ.

Alexander. 6. cõcessit omnibus ꝛ singulis fratribꝰ mi. de obser. vt in festo præsentationis virginis gloriose: ꝛ sancti Gabrielis archangeli: ꝛ sancte Katherine virginis: propria officia dictarũ festiuitatum: libere ꝛ licite recitare possint ꝛ valeant. Qđq festum p̃dicte virginis ꝛ martyris Katherine: sub minori duplici celebrare possint. Et q̃ p̃ itroitu missę eiusdẽ dicat officiũ Gaudeamꝰ oẽs ꝛc. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 165.

10 Indulgẽtie.

¶ Idem Alexander cõcessit omnibus dicentibus in officio beate virginis in hymnis Quẽ terra põthus. ꝛc. ꝛ O gloriosa dña: versuꝫ Maria mater gratie: decẽ annos indulgẽtiaꝝ p̃ qualibet vice. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 170.

11 De propꝛijs historijs.

¶ Idem Alexander concessit fratribus mi. vt in solemnitatibus sanctorũ possint dicere proprias eorum hystorias: etiam si in breuiario non sint. o. ffo. 261 conce. 679.

12 De sanctis ordinis.

¶ Idem Alexander concessit fratribus mi. vt festum omniũ sanctorũ dicti ordinis sub vna celebritate dicere: ꝛ recitare libere: ꝛ licite possint ꝛ valeant. o. ffo. 261. conce. 679.

13

¶ Idem Alexãder concessit nonnulla alia circa celebrationẽ festiuitatũ sanctorum: que posita sunt supra in dictione Festiuitas.

14 De suppletione ôffectuũ

¶ Idem Alexander cõcessit q̃ quãdo aliquid dimittitur de diuino officio non ex dolo possit suppleri cum aliquo. ps. vel dicẽdo orationem dominicã vel aue maria. o. fffo. 99. conce. 362.

15 De ferijs.

Julius. 2 statuit: vt quoties in aduentu ꝛ quadragesima occurrũt responsoria aliqua: vel laudes propꝛie: fiat de feria: nisi tunc festum duplex vel solemne occurrat. ¶ Hoc non habetur in libris monumentoꝝ ordinis: nec in supplemento: sed fuit impressum in Kalẽdario ordinato in capitulo generali celebrato apud Rothomagum: tẽpore præfati Julij.

16 Pro scrupulosis fratribus.

Leo 10. concessit q̃ fratres mi. dicendo horas canonicas: ꝛ alia officia diuina in choro: vel extra: satisfaciant precepto capituli dolẽtes: de celebratione missarum: de dicendo studiose pariter ꝛ deuote: ac etiam regulariter: etiam si propter aliquam fatigationem: vel aliam causam dicant sedendo aut deambulãdo: vel nõ integre verba proferendo prout scripta sunt: propter

negligentiã: aut imperitiam: vel malam prolationem naturalem: propter defectum lingue: seu alias qualitercũqz ore imperfecte dicant: aut cum mentis distractione: ⁊ sensuum vagatione: dum tamen non ex malicia hec faciant.

¶ Et similiter concessit: ꝙ qui cum talibus male proferentibus: vel alios supradictos defectus facientibus dicunt officium: non tenentur reiterare ab alijs imperfecte dicta: aut ab eis non integre audita: propter distantiam locatem: vel strepitum: seu aliam causam: sed satisfaciant precepto ecclesie ⁊ regule sue: qualitercunqz audiendo que alij debent dicere: presertim in choro. O. fffo. 59. conce. 169.

17 Pro scrupulosis fratribus.

¶ IDem leo concessit: vt ne fratres predicti mutuo se impediant in officio diuino: aut alijs sint fastidiosi: ꝙ illa que i ordinario iubẽtur dici secrete sub silẽtio: tam in horis canonicis: q̃ etiam in missa: non teneãtur proferre vocaliter: sed satisfaciant dicendo mẽtaliter aut legẽdo inter se per librum: q̃ aliqui denotius sic dicunt: ⁊ absqz impedimento: ⁊ fastidio aliorum. Et ꝙ eodẽz modo possit facere qui solus dicit officiũ per se: cum platio verbalis sit precipue vt ab alijs intelligatur. O. fffo. 59. conce. 170.

18 Pro scrupulosis fribus.

¶ IDem leo q̃ fuit informatus ꝙ aliqui fratres scrupulosi quãdo sunt in infirmitate: fere nunq̃ possunt: nec sciũt discernere: ⁊ se determinare quando licite possunt dimittere dicere horas canonicas: cõcessit ꝙ siue ꝓpter febrẽ aut dolorem intensum vel aliam infirmitatem fratres fuerint grauati: ⁊ afflicti: satisfaciant dicẽdo pro horis canonicis. ps. hymnos. Pater noster. Aue maria: vel alia iudicio prelati: aut presidentis loci: seu conuentus assignanda. Et hoc quando medicus corporalis (si cõmode potuerit haberi) dixerit esse nociuum infirmo. O. fffo. 59. conce. 171.

19 Ordinare.

¶ IDem leo cõcessit ꝙ capitulum generale dumtaxat: habeat facultatẽz declarãdi dubia que occurrerint circa officiuz diuinum: ⁊ ordinandi: addẽdi: ⁊ matandi quicquid videbitur pro fratribus expedire: tam in regulis q̃ in Kalendario. O. fffo. 59. conce. 176. Vide circa hoc infra. §. 21.

20 De anticipatione: ⁊ postpositione horarum.

¶ IDem leo concessit ꝙ quando fratres predicti habent aliquas occupationes: possint sine cõscientie scrupulo anteponere: siue postponere officiuz diuinum: vtputa dicendo matutinũ ante mediam noctẽ quacũqz horaꝝ voluerint: ⁊ alias horas de mane vsqz ad vesperas exclusiue: etiam si occupatio non sit multum necessaria: sed satis est ꝙ cogitent tunc deuotius: ac quietius dicere. O. fffo. 60. conce. 182.

21 Ordinare.

¶ IDem leo concessit ꝙ ministri fratrum mino. in suis capitulis prouincialibus respectiue: possint de consilio diffinitorum nominare duos vel tres fratres: qui sic nominati possint ordinare vnum Kalẽdarium sanctorũ: feriarũ: ⁊ vnicarum pro toto anno cum regulis necessarijs. Ita ꝙ semper in quacũqz prouincia: tam fratres q̃ moniales illarum prouinciarum respectiue: idem officium: ⁊ de eodem sancto vel festiuitate: aut feria faciant: ne varietati: ⁊ discordie locus detur: dum tamen non multum discrepent a Kalendario romano. O. fffo. 61. conce. 190.

Collectoꝝ.

¶ Aduerte ꝙ licet ista concessio facta sit vltimo post concessionem suprapositam. §. 19 tamen illa debet obseruari: ⁊ non ista. Ratio huius est: quia vt habetur supra in dictione Generalis minister. §. 23. ⁊ latius infra in dictione Oracula. §. 3. concessit idem Leo vt generalis in suo capitulo generali

possit declarare vtrum ab vsu alicuius concessionis viue vocis oraculo facte debeat abstineri: postq̄ declarationem nequeāt fratres vti huiusmodi concessione: ac si per papam fuisset suspensa: vel reuocata. Et cum virtute prime cōcessionis: & istius auctoritatis: in capitulo generali Burgen. fuerit ordinatum Kalendarium: & nonnulle regule circa diuinum officium: & preceptū per obedientiam vt nulli prouincie: seu conuentui liceat pro quacunq̄ concessione aliter officium diuinum immutare: siue quouis alio modo alterare: nec alia festa cōmuni Kalendario superaddere: ideo nulla prouincia poterit vt de cetero ista concessione.

22 ¶ IDEM Leo concessit vt fratres mino. in vltramontanis partibus: scilicet Galliarum: & Hispaniarum &c. ac moniales: & sorores eorum cure cōmisse: possint celebrare festa angelis custodis: angeli Raphaelis in diebus in quibus per sua capitula prouincialia respectiue ordinatum fuerit. O. fffo. 61. conce. 192.

Collector. ¶ Aduerte circa hanc concessionem que supra posita sunt in fine precedētis: q̄ idem iudiciū est de vtraq̄.

23 Interdictū. ¶ IDEM Leo concessit multa circa officium diuinum pro tēpore interdictis que posita sunt supra in dictione Interdictum.

24 De anticipatione feriaꝝ. ¶ IDEM Leo concessit q̄ fratres p̄dicatores: & confessores ordinis mino. de obseruantia quando ad vsu predicant & confessiones audiunt: vtputa in aduentu: & quadragesima: possint officiū feriale anticipare: & festa illis diebus reseruare quibus amplius laborare necesse est. Ita tamen q̄ non fiat in fraudē diuini officij: sed vt liberius valeant studio vacare: & spirituali cōsolationi fidelium populorū incumbere. o. fffo. 91. conce. 265.

25 De ferijs. Dispēsatio. ¶ IDEM Leo declarauit q̄ fratres p̄dicti decēdo officiū extra chorū ppter occupationes occurrentes: non teneantur duplicare letanias que ex ordinario in quadragesima solent post matutinū dici. Nec etiam teneantur ad obseruātiam horarum statutarū quibus solet officium in choro dici a fratribus: p̄sertim q̄n sunt ipsi fratres in itinere constituti: vel alis infirmitate: siue occupatione cōmuni prepediti. o. fffo. 91. conce. 266.

26 Pro supplectione defectuum. ¶ IDEM leo concessit q̄ quicunq̄ dixerit post quālibet horam dici infrascriptā orationē: & in fine illius vnū Pater noster: & Aue maria pro felici statu siue sanctitatis: & ecclesie sancte dei: consequatur plenariā remissionē omniū defectuum in illa hora (humana fragilitate) cōmissorum.

¶ Sequitur oratio Sacrosancte: ac indiuidue trinitati: crucifixi Jesu christi domini nostri humanitati: & beatissime: ac gloriosissime virginis Mariae fecunditati: siue integritati: & omnium sanctorum vniuersitati: sit sempiterna laus: honor: virtus & gloria ab omni creatura: nobisq̄ remissio peccatorum: per infinita secula seculorum Amen. Et beata viscera Marie virginis que portauerunt eterni patris filium: & beata vbera que lactauerunt Christum dominum. Et post vnum Pater noster. & Aue maria. pro intentione supradicta o. fffo 901. conce 268.

27 Pro supplemento. ¶ IDEM leo declarando: & ampliando predictaꝝ gratiam concessit q̄ non solum sufficiat dicere supascriptā orationē: scilicet Sacrosancte &c. pro supplemento vnius hore quādo dicitur per se sola: sed etiam omniū horaꝝ que

dicuntur semel: seu vno contextu: licet aliquis paruus interuallus inter vnaz et aliam fiat. o. ffo. 94. conce. 94.

cione defectuum.

¶ Item leo concessit q religiosi ordinis minorum qui officiū diuinū soluerint per librum consequantur remissionem dimidie partis peccatorum cō missorum illa die qua predictum soluunt officium. o. ffo. 94. conce. 198.

28 Indulgētie

¶ Item leo fecit duas concessiones: seu dispensationes circa officium diuinum pertinentes ad moniales sancte Clare: prout habentur supra in dictione de Monialibus. §. 24. et. 25. Vide ibi.

29 Pro monialibus. s. Clare. Collectori.

Aduertendum est vltimo circa huiusmodi materiā officij diuini q̄ virtute cuiusdam concessionis Leonis de eimi suprapositi. §. 19. fuit in capitulo generali Burgensi totius ordinis fratrum minorum regularis obseruantie ordinatum quoddam kalendarium: et nonnulle regule circa predictum officium facte. Que omnia quia prefata auctoritate apostolica facta sunt: visum est hic illa inserere ad perpetuam memoriam. Sic enim et de alijs similibus in alijs capitulis generalibus ordinaris factum esse apparet in libris monumentorū ordinis predicti. ffo. 257. tractatu. 2. Et insup sic debere fieri visum est: quia postq̄ in prefato capitulo predicta ordinatio kalendarij: et regularum facta: et impressioni data est: fuerunt in eodez capitulo nonnulla facta: et immutata: et addita que ad paucorum manus deuenerunt. Quapropter iuxta vltimatam ordinationem in dicto capitulo factā: prout ego qui hec collegi vidi sub litteris autenticis: hic apponere curaui: alio tamen ordine breuiori: ac distinctiori: sicut infra patebit.

¶ Sequitur prefatio ordinationis kalendarij: et regularum diuini officij.

Capitulum generale.

Hec est ordinatio: et emendatio in kalendario diuini officij facta p̄ vniformitate seruanda: ordinata in capitulo generalissimo in prouincia: et conuentu Burgensi in Hispanijs celebrato anno salutis. 1523. in festo pentbecostes. In quo reuerēdissimus pater frater Franciscus Angelorum vice reuerendissimi patris ministri generalis presidens: rite et canonice in generalez totius nostri sacri ordinis minorū ministrū est electus: et assumptꝰ. Quequidem kalēdarij ordinatio ab vniuerso capitulo acceptata fuit. Et sic de mādato et auctoritate ipsius reuerendissimi patris prenominati: cassantur: et irritantur omnes: et quecunq̄ alie diuini officij ordinationes ab hac predicto capitulo in antea facte. Ita vt de cetero nulli prouincie: siue conuentui liceat pro quacunq̄ concessione sibi particulariter facta: aliter diuinum officiuz immutare: siue quouis alio modo alterare: nec festa alia cōmuni kalendario superaddere: nisi fuerint a generalissimo capitulo tradita: et de ipsius generalissimi capituli mandato recepta: sub pena transgressionis: et inobedientie. Sub qua mandatur omnibus et singulis prouinciarum ministris: vt sub hoc exemplari corrigere faciant omnia kalendaria in suis prouincijs: et prouinciarum conuentibus.

¶ In primis ordinatur q̄ de cetero fiat (more Romane curie) de festis etiā simplicibus die quo cadunt: resumendo semper reiecta festa diebus vacuis: in q̄bus videlicet nullum festum cadit.

1 De festis simplicibus.

2 De festis cõmemoratio-nis.

¶Item statuitur (ad vniformitatem in choro seruandam in singulis prouincijs) q̃ quando propter aliquod festum dedicationis proprie ecclesie: siue aliquod aliud festum locale: opus est diuertere a celebratione festi tunc in Kalendario occurrentis: fiat de illo sancto cõmemoratio tantum illa die: ⁊ vltra p illo anno non resumendo. Et hoc modo seruato: continue fiet in cũctis prouincie locis de vno ⁊eodem sancto: ⁊ vniformitas vbiq; seruabitur.

3 De ferijs extraordinarij.

¶Item statutum est: vt preter ferias in breuiario regulares: vt puta in die Cinerum: et in mense septembris: fiat de feria in quattuor temporibus aduentus: et quotiescũq; fuerint laudes proprie assignate. Et in quadragesima ad ponendum capitula propria. Feria sexta post primam dominicam quadragesime: que habet responsorium proprium: siue feria tertia post quartam dominicam: seu si magis placuerit: sabbato post secundam dominicam quadragesime: in quibus omnibus est responsorium proprium. Ac etiam in tota maiori hebdomada. Et hoc intelligitur nisi festum impediens: vt duplex: vel aliud occurrat.

4 De festis trãslationum.

¶Item ordinatur: quod de cetero nulla translatio celebretur in toto ordine: preter beatissimi patris nostri Francisci: ⁊ sancti Antonij nostri. Relinquuntur tamen prouincie: siue conuentus in quibus sunt facte he translationes (vbi forte fieret turbatio: siue admiratio si eedem translationes non celebrarẽtur) in eorum libertate. Et sic de alijs festis: prout de sancto Lazaro in prouincia sancti Lodouici: vbi ab antiquo consuetum est sub ritu duplicis festi celebrari.

5 De octauis

¶Item statuitur q̃ in dominicis que cadunt infra octauas sanctorum ordinis: fiat officium dominice in missa tantum: cũ cõmemoratione ipsius octaue

¶Sequuntur regule particulares pro singũlis mensibus anni.

Pro mẽse ianuarij 6

¶Item ordinatum est: vt in octaua Epiphanie dicantur Antiphone: Baptizat miles ⁊c. cum. ps. Laudate dominum omnes gentes: in fine.

7

¶Item q̃ quando festum Agnetis secundo venerit in dominica: cui ipsum festum cedit: fiat proxima die vacua.

Pro mẽse martij. 8

¶Item ordinatur: q̃ fiat de angelis custodib⁹ prima die Martij sub ritu duplicis maioris.

Pro mẽse maij. 9

¶Item decreuit capitulum generale vniuersum: q̃ octaua ascẽsionis sub ritu duplicis minoris fiat. Et q̃ infra octauam eiusdem non fiat de festis occurrentibus: sed officium virginis Marie in choro dicatur.

10

¶Item q̃ de festo sancti Yuonis confessoris fiat, 19. die mensis Maij: quia reuera tali die ab hac luce migrauit.

Pro mẽse Julij. 11

¶Itẽ statutũ est q̃ festum sancti Bonauenture celebretur dñica secũda Julij: iuxta ordinationem domini Sixti pape quarti. Et q̃ in die octaue eius fiat officium dominice occurrentis: cum cõmemoratione tantum octaue.

12

¶Item statuitur: seu declaratur: q̃ in octaua apostolorum Petri ⁊ Pauli dicatur Antiphona. Petrus apostolus ad magnificat in vtriusq; vesperis: absq; vlla contradictione.

13

¶Item ordinatum est q̃ de festo visitationis beate virginis procurent omnes ministri ⁊ guardiani habere officium qđ ordinauit dominus Sixtus quart⁹: ⁊ illud de cetero ex decreto capituli ab vniuerso ordine accepterur. Interea tamen fiat vbiq; vti consueuerunt.

¶Item ordinatur q̄ in crastino octauę visitationis beate Marie: fiant t cele 14
brentur dedicationes omnium ecclesiarum ordinis.

¶Item q̄ festum sancti iacobi fiat duplex maius in Hispanijs. 15

¶Item ordinatum est: vt festum inuentionis sancti Stephani fiat solēne ge- Pro mē. 16
nerale. augusti.

¶Item statuitur q̄ in festo sacrorum stigmatum beati patris nostri Francisci Pro mē. 17
fiat officiū proprium: quod cōmuniter in breuiarijs habetur. Septēbris.

¶Item ordinatū est ex decreto capituli vniuersi vt infra octauaz beati patris Pro mē 18
nostri Francisci dicatur officium beate virginis marie in choro. se octobris.

¶Item decretum est ab omni capitulo generali: vt festum sanctorum septez 19
martyrum sacri ordinis nostri: fiat terciadecima die mensis Octobris sub ri-
tu duplicis maioris: et q̄ dicatur propria legenda que habetur in libro cōfor-
mitatum.

¶Item decretum est vt in festo vndecim millium virginum fiat officium vir 20
ginum. Et sic declaratur per capitulum: ad remouendam ambigui.atem illo
rum qui volunt facere officium plurimorum martyz virorum.

¶Item capitulum generale declarauit: q̄ infra octauam omniū sanctorū de- Pro mē. 21
bet dici officium beate marie virginis: more antiquo. se nouēbris.

¶ITEM ordinatum est in vltima correctione per generalem t diffinitores 22
capituli generalis: vt festum sancte Barbare fiat simplex: licet antea esset du- Pro mense
plex. decembris

¶Item ordinat t decreuit capitulum vniuersum: q̄ in toto ordine ad vnifor 23
mitatem seruandam dicantur hec Antiphone ad Commemorationes san- De comme-
ctissimi patris nostri Francisci: videlicet in matutinis Antiphona Sancte morationib⁹.
Francisce ꝛc. in vesperis. Salue sancte pater ꝛc. Et in completorio. Celorum s. Francisci.
candor. ꝛc.

¶Item ad cōmemorationes sanctorū nostri ordinis dicatur in vesperis. Anti 24
phona: Frācisci floret hortulus. ꝛc. Et in matutinis. Clos sancti dei incliti ꝛc. De comme
cū versu. Orate sancti omnes: t oratione. Deus qui sacram religionē seraphi- morationib⁹.
ci Francisci decorare dignatus es triumpho duodecim martyrum pro christo s. ordinis.
occisorum: purissimisq3 pontificibus Lodouico t Bonauentura: ac feruētis
simis Jesu preconibus Antonio: atq3 Bernardino cum virgine clara: presta
quesumus: eorum intercessionibus presentia vitare particula: t ad gaudia p-
uenire sempiterna. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶Item est notandum q̄ in tota ordinatione kalendarij nuper in predicto ca- Collector
pitulo facta: fuerunt nonnulla alia immutata: scilicet vt festa sequentia: idest 25
Agathe: Margarite: Undecim millium virginum: Cecilie: Lucie: ac festum
apparitionis sancti Michaelis mensis Maij: que omnia ex indultis apostoli
cis facta fuerunt duplicia: de cetero sint semiduplicia.

¶Item q̄ festum sancti Jsidori episcopi t confessoris fiat simplex. 4. die Apri 26
lis. Et q̄ festum sancti Egidij abbatis fiat prima die Septembris non trans-
fertur.

¶Item q̄ vlterius non fiat de sanctis sequentibus scilicet Dorothea: Julia-
na: Longino: Patricio: t Nicolao de Tolentino: quia non sunt de kalēdario
Romano.

¶Reliqua omnia in kalendario contenta manent vt prius erant.

Oracula viue vocis.

1

Leo. 10. cōcessit q̄ fratres mi. regularis obser. secura cōscie-
tia possint vti oibus concessis a sede apostolica: z Ro-
manis pontificibus: siue per bullas: aut breuia: aut viue vocis
oracula: prout in libris ordinis reperiūtur: ac si omnia specifi-
ce fuissent tunc expressa. Et pro maiori conscientiarum securita
te: omnia de nouo concessit. O. fffo. 58. conce. 161.

Nota.

2

¶ Idem leo concessit q̄ non sint minoris efficacie: z valoris viue vocis ora-
cula: quā si per bullam: aut breue ad perpetuam rei memoriam essent cōcessa.
Et hoc in foro conscientie tantum. O. fffo. 58. conce. 161.

De valore oraculorum.

3

¶ Idem leo informatus q̄ sunt nōnulla viue vocis oracula p̄cessa ordini
fratrū minor: quor aliqua aliquibus tpibus fuerūt vtilia: sed forte p̄sentib⁹
nō sunt: nec futuris erūt. Ac preterea aliqua sunt in aliquibus locis necessaria:
z aliqua nō: concessit vt nō solū generalis in suo generali capitulo: sed etiā q-
libet prouincialis in suo prouinciali capitulo de cōsensu eiusdē capituli: vel
maioris partis: declarare possit: z valeat vtrū ab vsu alicuius cōcessiōis viue
vocis oraculo facte abstineri debeat. Postquā quidē declarationez tā fratres:
quā moniales: ac si concessio hmōi per suā sanctitatē suspensa vel reuocata fu
isset: cōcessione eadē imposterum nō vtantur. o. fffo. 94. conce. 296.

De suspēsione oraculor viue vocis.

Ordines sacri.

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collector.

¶ Circa ordines sacros duo pncipalia cōtinentur in priuilegijs fratrū mi.
¶ Et primo sunt aliqua que respiciunt personas fratrum qui debēt ad huiusmodi ordines promoueri: ac etiam ad promouentes. Et hec habetur infra. §. 1 z. 2. et. 5. ¶ Scōo sunt aliqua que tangunt etiam personas ordinandorum: scilicet qualiter possint circa etatez dispensari: ac de sufficiētia examinari. Et ista specialiter continentur. §. 3. z. 4.

1

Episcopi

Clemens. 4. cōcessit licentiā: z liberā facultatē ad hoc vt fratres minores promoueri possint ad ordines sacros p quoscūqz catholicos episcopos: cōmunionē z gratiā sedis apostolice habētes. Et hoc absqz aliqua examinatione p huiusmodi ēpos faciēda: z absqz omni promissione vel obligatione ipsorū ordinandorū fratrum. B. fo. 56. Et fio. 140. conce. 311. Et ffffo. 96. conce 311.

Collector

¶ Aduerte q̄ circa predicta fuit postea aliter ordinatū: prout patet infra. §. 5.

2

Episcopi

Sixtus. 4. concessit qō quilibet catholicus episcopus possit celebrare ordines sacros temporibus ad hoc ab ecclesia deputatis in locis fratrū minorum de obseruantia: pro fratribus predictis dūtaxat. o. fo. 65. Et fio. 67. conce. 106. ¶ Vide circa predicta infra. §. 5.

3

Dispēsatio.

Innocentius. 8. fecit duas dispensationes circa tempus etatis p̄mouendorum ad sacerdotium: que habentur supra in dictione Dispensatio. §. 14. et. 15.

4

Dispēsatio.

Julius. 2. fecit quandā dispensationē fratribus ordinis minimorum similiter circa tēpus promotionis ad ordinem sacerdotij: que

posita est in dictione Dispensatio.§.11.

Leo. 10. in concilio Lateranensi statuit: q fratres ad ordines promouendi possint per ordinarios de grāmatica: ⁊ sufficientia examinari: ⁊ q dummodo competenter respondeant: per eosdem ordinarios debeant libere admitti. ¶ Ac etiā statuit q nullatenus in eorum ecclesijs: aut domibus vel alijs predictorum fratrū locis: ab alio q̄ a diocesano episcopo promoueri ad dictos ordines debeāt: nisi prius ipso diocesano episcopo vel eius vicario super hoc (cum debita reuerentia) requisito: ⁊ absq; rationabili causa contradicente vel eo a diocesi absente. B. fffo. 26. conce. 78.

5 Examinatio ordinādoꝝ. Episcopi.

¶ Aduerte q in foro conscientie non tenentur fratres mi. obser. ad hmōi statutum: sicut nec ad alia in predicto concilio contra eorum priuilegia ordinata vt habetur supra in dictione Concilium in.§.7.

Collector.

¶ Item Leo statuit q quandocūq; aliquis frater laicus ad clericatū ascēderit extra obedientiam prelatorum ordinis: etiam si vsq; ad sacerdotiū p motus sit: postq̄ reuersus sit: omni honore clericali priuetur: prout latius positam est supra in dictione Laici fratres.§.4. Et ibidem inferius ponunt multa circa predicta.

6 De laicis fratribus promotis.

Ornamenta ecclesiastica.

¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Aduertendum q priuilegia fratrum minorum: seu statuta que loquuntur de ornamentis ecclesiasticis sunt bipartita. ¶ Aliqua enim ex ipsis tangūt paupertatem quam fratres minores circa huiusmodi ornamenta debent habere. Et hec habentur infra.§.1. ⁊.2.⁊.4.⁊.7. ¶ Alia autem concernunt vsum: ⁊ tactum eorūdem ornamentorum. Et ista continētur in.§.3.⁊.5.⁊.6.⁊.8. ¶ Reliqua vero que pertinent ad benedictionem huiusmodi ornamentorum: vide supra in dictione Benedicere in multis.§.

Collector.

1 Paupertas.

Clemens. 5. in declaratiōe regule fratrū mino. q̄ incipit Exiui de paradiso ⁊c. voluit ⁊ mandauit fratrib⁹ p̄dictis: ne habeāt nisi paramēta: ⁊ vasa ecclesiastica decentia in numero: ⁊ in magnitudine sufficiētia cōpetēter. Quia superfluitas: aut nimia p̄ciositas: vel quecūq; curiositas in hijs seu alijs q buscūq; nō potest ipsoꝝ p̄fessioni: vel statui cōuenire. B fo. 15 in tractatu. 3. Et ffo. 16. secundo tractatu.

2 Paupertas.

Calixtus. 3. remisit omnem excessum in paramētis factuꝝ vsq; in illum diem: ⁊ suspirās dixit q prouideret ne in futurū tales excessus fierent. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 89.

3 Fratres laici Collector.

¶ Item calixtus cōcessit q fratres laici possint tāgere calices: ⁊ lauare corporalia: ⁊ alia ornamēta ecclesiastica cū expedierit. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 91. ¶ Aduertēdū est circa p̄fatā cōcessionē: q quidā cōmissarius curie ignorās hmōi cōcessionē vel oblitus illius impetrauit aliā cōcessionē valde strictā solum p illis laicis fratribus qui sunt socij gnalis: aut puincialiū ministroꝝ: prout supra positū est in dictiōe Laici fratres in.§.3. Sed illa cōcessione nō obstante possunt fratres hmōi vt supascripta cōcessione: q nō reperit reuocata.

Sixtus. 4. concessit: q fratres mino. possint tuta conscientia tenere ⁊ recipere paramenta argētea: ⁊ aurea: ⁊ alia ad diuinum cul-

4 Paupertas.

tum pertinentia: ⁊ habere cãpanas magnas: ⁊ diuersas. Sed hoc qñ capto p̃uinciali visum fuerit posse sine scandalo fieri. o. fo. 63. Et fio. 67. conce. 103.

Collector. ¶ Cauendũ est ab hmõi cõcessione: saltem ꝑ talibus rebus recipiẽdis in futurũ: qz ꝓpter consimilia relaxat: ⁊ destruet paupertas ꝓmissa in regula.

5 ¶ Idem sixtus concessit: vt possint predicti fratres secura conscientia vestes: ⁊ pannos ꝓphanos in paramenta: ⁊ alios vsus ecclesiasticos conuertere. o. ffo. 69. conce. 144. Et ffio. 97. conce. 344.

6 Monniales. ¶ Idem sixtus fecit quandam concessionem monialibus sancte Clare: ac tertiarijs vt possint tãgere: ⁊ lauare ornamẽta ecclesiastica: exceptis corporalibus: que posita est ad longum in dictione Corporalia. §. 3.

7 Paupertas. Leo. 10. declarauit ⁊ decreuit qꝫ fratres minores sunt tantum custodes: ⁊ non possessores paramẽtorum: ⁊ ornamẽtorum: ac vasorum que ad ministerium sacramenti altaris habent: ⁊ propterea illis absq; sue professionis macula: aut violatione vti: ⁊ potiri: libere: ⁊ licite posse: cuz deceat iuxta solẽnitatum celebritatem: decẽtioribus paramentis diuinam honorare magestatem. B. ffio. 15. conce. 54.

Collector. ¶ Aduerte qꝫ huiusmodi concessio est relaxatiua: ⁊ dissipatiua paupertatis: sicut supra posita in. §. 4. quapropter nõ expedit vti illa: presertim quia aduersatur determinationi Clementis supra scripte. §. 1.

8 ¶ Idem leo fecit in hmõi materia quandã eximiã ꝯcessionẽ omnib⁹ ꝑlatis fratrũ mi. obser. q̃ posita est supra in dictiõe Benedicere ecclĩastica. §. 12.

Pacta.

Collector. ¶ Circa pacta inita per fratres minores ⁊ alios quoscũq; sunt nonnulla statuta: ⁊ cõcessa per summos pontifices: que posita sunt supra in dictione Conuentiones. Vide ibi.

Paramenta ecclesiastica.

¶ De attinẽtibus ad paramẽta ecclĩastica dictũ est superi⁹ in dictiõe Ornamẽta: ⁊ latius in dictione Benedicere ecclesiastica in multis. §. Vide ibi.

Parentes fratrum.

1 Indulgẽtia plenaria. Collector. Alixtus. 3. cõcessit indulgẽtiam plenariã ꝑ patrib⁹ matribusq; fratrũ mi. ꝑsentiũ: ⁊ futuroꝝ: ⁊ etiã defunctoꝝ in purgatorio existẽtiũ. o. fio. 65. ꝯce. 90. Et ffio. 101 cõce. 397. ¶ Circa prefatã ꝯcessionẽ vide declarationẽ superi⁹ positã in dictione Indulgẽtie quo ad seculares. 8. in. §. 1.

Parrochia.

1 Reuocatio. Alexander. 4. reuocauit decretũ Innocẽtij. 4. quo ꝓhibebat ne fres mi. aut alij qcũq; religiosi reciperẽt ad diuina parrochianos alienos in dieb⁹ dñicis ⁊ festiuis in suis ecclesijs oratorijs. B. ffo. 102. conce. 114.

2 Reuocatio. ¶ Idem alexãder qz nõnulli ꝑlati ecclĩastici nõ curabant de supradicta reuocatione per euz facta: dedit super illã litteras executoriales. B. ffo. 102. conce. 115.

Sixtus. 4.declarauit:q̄ parrochialiū eccl̄iaꝝ p̄iudiciū quod d̄ebēt fratres carmelite:ac fratres mi.⁊ alij mendicantes p̄ cōicatio nem euitare celebrando ⁊ p̄dicando in domibus suis vel extra:etiā in plateis cōmunibus:intelligendū est solum de decimis ⁊ primitijs:que a laicis solent clericis exhiberi. B.fo.102.Et ffo.185.conce.465. 3

Quid sit p̄e iudiciū ecclesiaꝝ parrochialium.

¶ Vide circa istam concessionem infra in dictione Predicatores.§.10.

Leo. 10.in cōcilio Lateranen si statuit:q̄ nulli religiosoꝝ parrochias cū cruce ad leuāda corpora eoꝝ qui apud ecclesias domoꝝ ⁊ locoꝝ eo rūdem religiosoꝝ suā legerūt sepulturā:intrare possint:nisi prius p̄monito ⁊ requisito:ac recusante parrochiano p̄sbytero.Et tunc fine eius ac ordinarij p̄ iudicio:nisi eisdem fratribus sup hoc antiqua cōsuetudo que sit in viridi ob seruantia:⁊ cum pacifica possessione suffragetur. B.ffo.26.conce.76. 4

Prohibitio. Sepultura.

Paupertas.

¶ Distinctio materie paupertatis.

¶ Quo ad materiā paupertatis sunt multa ⁊ varia cōcessa:⁊ disposita in p̄iuilegijs fratrū mi.que subsequēti ordine distingui possunt. ¶ Primo nāq̄ inueniuntur aliqua in cōmendationē ac laudē hm̄oi paupertatis: necnō etiā in deffensionē illius.Et ista ponunt hic infra.§.1.⁊.2.⁊.4.Et in dictione Bona.§.8.¶ Secundo reperiuntur cōplura spectātia ad ea que p̄fati fratres acquirere:seu recipere:ac possidere possunt.Illa autē ponuntur sub varijs dictionibus huius compendij.s.in dictione Bona.§.2.⁊.3.⁊.4.⁊.6.ac.12.Et i dictione Commutare.Et in dictione Elemosine in.§.1. vsq̄ ad.4.⁊ in.14. cum statutis generalibus ibidē additis.Et infra in dictione Possessiones.§.1. Sed in speciali quo ad illa que relinquunt fratribus p̄dictis in testamētis habetur supra in dictione Hereditas.§.2.⁊.4.⁊.5.ac.6.cum ibi notatis. Et in dictione Legata.Et magis in particulari quedā pertinentia ad res cultui diuino dedicatas:cōtinentur in dictiōe Edificare.§.3.Et in dictione Ornamenta ecclesiastica.§.1.⁊.2.⁊ 4.ac.7.¶ Tertio in p̄dictis p̄iuilegijs reperiuntur aliqua que respiciunt dispositionē rerum quas hm̄oi fratres possident:p̄sertim quo ad res viles ⁊ parui valoris.Et de hoc dictum est supra in dictione Dare ac in dictione Declarare.¶ Quarto sunt aliqua que specialiter cōcernunt denarios vel pecuniam.Et quo ad istud ponitur in fine huius dictionis Paupertas:quoddam dubium notabile cum sua decisione:prout ex declarationibus apostolicis ⁊ sanctorum expositorum elicitur.

Collector.

Alexander. 4.declarauit:q̄ mēdicitas fratrū mi.⁊ p̄dicatoꝝ est meritoria:⁊ q̄ possunt elemosinas petere ac recipe a fidelib⁹:nō obstante quacūq̄ cōtra dictione.b.fo.15.Et ffo.25.conce.15. 1

Pro fribus p̄dica.⁊ mi.

Nicolaus. 3 in declaratione regule fratrū mi.determinauit:q̄ pauptas p̄dictoꝝ fratrū q̄ abdicat ppr̄ietatē oīm rerū tā in particulari q̄s etiā in cōi ppter deū: est meritoria ⁊ sancta: quā ⁊ xp̄s viā pfectionis ostēdens:verbo docuit:⁊ exemplo firmauit.Et circa hoc dicit ibidē multa alia notabilia.B.fo.5.in.2.trac.Et ffo.7.arti.1.in.2.tractatu. 2

Martinus. 5.cōmisit cuidā cardinali plenissime suā auctoritatē vt p̄sideret caplo generali fratrū mino. in ciuitate Assisij 3

celebrando: vbi prefatus cardinalis reualidauit declarationem Nicolai.3. quo ad articulū paupertatis: sub forma sequenti. ¶ Item quo ad votū paupertatis i. viuendo sine proprio: & q fratres nihil sibi approprient: statuimus & ordinamus illud incōcusse tenendū quod felicis recordationis Nicolaus.3. declarauit in sua decretali: extra de verbor significatiōibus Exijt qui seminat: libro 6.a.§.porro: successiue: & seriatim per ordinem vsq; ad.§. Verum q; expresse cōtinetur in regula.&c. Et q; quilibet cōuentus habeat suū procuratorē ym declarationē & priuilegiū dñi Nicolai.3. & Martini.4. & S. dñi patris & domini domini Martini quinti. Nucusq; verba prefati cardinalis in cōstitutionibus Martinianis posita. ¶ Postea predictus Martinus confirmauit oia per dictū Cardi. in prefato capīo facta. ☞ Cōmissio supradicta habet. fffo. 84. 2c. 245. ¶ Reualidatio aūt cōtinet i ꝓstitutiōib⁹ ordis mi. q̄ appellant Martiniane in cap. 1. fo. 251. tra. 3. ☞ Cōfirmatio vero existit. b. fo. 38. Et ffo. 36. 2ce. 41

Nota.

4 ¶ IDem Martinus fecit quandā concessionē cōtra ꝓstitutionē que incipit Ad cōditorē per Joannē. 22. editā: prout habetur infra in dictione Procuratores fratrum seu Syndici. §. 7. Vide ibi.

Collector. ☞ Aduertēdum est q; in capīo generali Declinēsi: vbi tertio electus est in generalem Reuerendus pater clare memorie frater Oliuerius maillardi facte sūt circa paupertatem nonnulle declarationes: prout sequuntur.

Declaratio capli gñalis. ☞ Capīm generale declarauit: q; papa Joānes. 22. reuocauit ante mortē suas quidquid dixerat: seu fecerat cōtrariū ecclesie & determinationi romanorum pontificum. Quare constitutiones quas fecerat contra nostras declarationes scilz Nicolai.3. & Clemētis.5. nullius sunt roboris vel momēti. Habetur hoc fo. 227. in tractatu.3. Et ffo. 246. tractatu. 2.

Altera declaratio. ☞ Capīm gñale declarauit q; dupler est ius vtēdi. s. ius vtēdi. i. licite vti. Et sic vtimur obseruātini fratres. Et filr ius vtēdi. i. dñiuz rei habere: vel auctoritatē exigēdi imediate habere. Et isto modo nō habem⁹ alicui⁹ rei ius vtendi: nec habere possumus. Habet. fo. 228. in tractatu.3. Et ffo. 247. in tractatu. 2.

Alia declaratio. ¶ Item fuit declaratū in ꝓdicto capīo: q; licitū est fratrib⁹ hospitari in domo recta ab aliquo defuncto alicui viuēti vac cōditione vt ibidē hospitētur fres & sibi puideat de vtensilibus. Habet fo. 227. in trac.3. Et ffo. 246. trac. 2.

Alia declaratio. ¶ Insup est aduertēdū q; in capīo gñali celebrato i cōuētu Eugensi: vbi fuit elect⁹. 14. vicari⁹ gñalis declaratū est q; pena ꝓprietarij q̄ aliqñ ponit in cōstitutiōib⁹: est pena ꝓpriatiōis actuū legitimor & canonice sepulture. Et pro laicis ꝓpriatio vocis actiue & passiue: ac visitationū i iudicio bētur. fo. 225. & ffo. 224.

Collector. ¶ Ulterius circa hmōi materiā paupertatis inc̄tum tangit receptionē: aut delationem denariorum: est notanda decisio cuiusdam dubij prout sequitur.

Dubiū notabile circa bursarios. **Dubitatur** an vniuersaliter sit illicitus fratribus mi. regula obser. bursariū per viam ducere. ¶ Et videtur q; non: q̄. Nicolaus.3. & Clemens.5. in declarationibus regule dicunt q; pro similibus causis prout sunt contente in regula. s. pro infirmis curandis & alijs fratribus in duendis possunt fratres recurrere ad amicos spirituales: siue sint dantes pecunias: vel deputati per ipsos siue nūtij: aut depositarij: seu quecuis alio nomine appellentur. Sed necessitas itineris videtur esse talis sicut prefate necessitates expresse in regula. ergo. &c. ☞ In oppositum tamen videntur facere multa. ☞ Primo: q̄ de hoc in concilio Constantiensi a fratribus procurantī

bus reformationē religionis aduerſus trangreſſores ſpecialis reclamatio facta
eſt: vt habetur. ffo. 165. in. 2. tractatu. ¶ Scdo qz aucto: tractatus qui dicit Se
rena conſcientia: qui fuit natione Italus allegans Aluarum hiſpanum libro.
2. de planctu eccleſie: dicit qꝫ nō poſſunt huiuſmodi burſarij duci: niſi fratres
irent per regiones vel partes inhumanas: ac ex vera obedientia: z pro licitis ne
gotijs religionis: z vbi eſſet valde verisimile z expertum qꝫ nō poſſet inueniri
eleemoſina eſcibilis mendicādo. Addens qꝫ ſolum in neceſſitate ineuitabili: z
valde probabili poſſunt duci: qz alias patres noſtri ordinis ſemper euitarunt.
¶ Tertio qz per Ubertinū in libro Clite chriſti abſolute hoc reprobatur z dāp-
natur. ¶ Quarto pūcipaliter: quia ſanctus bernardinus in tractatu quē cō-
poſuit de caſibus in quibus frater minor poteſt dici: ſeu efficitur proprietarius
aſſignauit hunc caſum abſqꝫ aliqua limitatione. ¶ Quinto quia ſanctus bo-
nauentura in expoſitione regule noſtre ait: qꝫ perfectio euangelica etiam in iti
nere eſt obſeruanda. Ita vt nullum depoſitum pecunie habeatur ab his qui p
fectionis regulam imitantur: licet tamen quando per in hoſpitales regiōes fra
tres iter agerent: plura viatici cauſa liceat portare. Et hoc eſt quod ſupra lice-
re diximus in neceſſitate ineuitabili: que cum ſit extrema: omni lege caret: vt
eſt notum. Igitur. zc.

¶ Pro reſponſione ad queſitū eſt notandū: qꝫ vt apparet per dictas declaratio- Rñſio ad
nes: duo copulatiue requiruntur ad hoc vt recurſus ad amicos ſpirituales. dubium.
zc. licite fieri valeat. Primum eſt cauſa iuſta z neceſſaria. Secundum eſt obſer
uatio modificationum ibidem poſitarum. Quorum altero deficiente victus
recurſus: ſub peccati mortalis pena prohibitus eſt. Et quia in itineratione per
terras chriſtianor cōmuniter: nec vix vnquā inuenietur cauſa: ſeu neceſſitas
ſufficiens (vt continua experientia euntibus a partibus remotiſſimis ad curiā
romanā: z ad capitula gñalia diu diſtātia oſtēdit) ideo talis delatio burſariorꝫ
eſt illicita. ¶ Nec obſtat dicere: qꝫ ducendo equos: ac iter faciendo curſim: z
multi inſimul: expertū eſt qꝫ indigent victis burſarijs. Quia qui ſic iter faciūt
ipſimet pro ſuo libito ſe ponunt in tali neceſſitate: que tamen vere: ſeu propie
neceſſitas appellari nequit. Mā luce clarius eſt qꝫ poſſunt: z adhuc cuꝫ maiori
religioſitate: icedere pauci iunctim: vtputa duo vel quattuor. Et ducere iumē
ta humilia exēplo ſaluatoris noſtri: z ſanctorū: preſertim ſeraphici pris noſtri
Fraciſci: qui chriſti veſtigia ſectati ſunt. Ac etiā ſic ordinare iter ſuū vt nō ſit
opus curſorꝫ inſtar ambulare. Et inſup qz iuxta textū regule noſtre debent ire
oſtiatim p eleemoſina cōfidēter. Niſi forte (qđ abſit) vellēt vt magni abbates
comedere laute. Qđ quā alienū imo cōtrariū ſit nre profeſſioni: pſertim qñ per
pecuniā procuratur: nullus qui hmōi ſtatus aliquale noticiā habeat: ignorat
Ac propterea prefati reprobatores burſariorꝫ nō imerito partē oppoſitā tenue
runt. ¶ Preterea hoc idē ptꝫ: qz nō ſolū cauſa: ſiue neceſſitas vera debet interue
nire pro hmōi recurſu licite faciēdo (q̄ neceſſitas vt prędictū eſt: vix continget
fratri. mi. iter facientibus: ſicut bom fratres iter facere debent: ac vt ſue regule
obſeruatores incedētes:) ſed etiā multe modificationes requirūtur: prout plu
cide in tractatu qui dicitur Speculū fratrū minorꝫ in articulo pecunie conti-
nētur: q̄ in hoc caſu nullatenus bene obſeruari poſſunt. Quas modificatiōes
cū legeris: liquido videbis reprobationē burſariorꝫ eſſe verā: atqꝫ iuſtiſſimā.
¶ Preterea quero: quonam modo poterunt tales oſtendere cunctis: in victis

pecunijs nihil habere(sicut dicit Clemens q̃ ostendere debent) taliter vt sinister oculus non posset presumi contra ipsos. ¶Jté quõ euitabũt nõ solũ malũ sed etiã speciẽ mali:prout euitare astricti sunt a lege diuina. ¶Jté qualiter habebũt testimoniũ ab his qui foris sunt:imo quõ euitabũt scandalũ proximor̃ qd̃ ex hoc q̃ pluribus datur:cũ dicat apostolus. Si frater meus scãdalizatur carnes nõ mãducabo in eternũ. ¶Et insup quoniaz pacto satisfaciẽt puritati voti paupertatis obseruãdo q̃ nõ precipiãt quõ aut qualiter pecunia expẽdatur:nec de expensa cõpotũ exigãt:z abstinebũt a qualibet ꝓtractatiõe: vsu z ad ministratione z dispensatione pecunie:put hec etiã dicti pontifices cauẽda oĩno esse dicunt:z precipiunt. ¶Jaqz pro firmissimo z indubitabili tenendum est:q̃ extra casum extreme necessitatis (que nulla lege astringitur) nullatenus bursarij duci licite possunt:sicut prefati doctores tenent. ¶Nec obstat primo adductum ex declaratione Clementis:qz ex verbis: z ex sensu verborũ hmõi declaratiõis apparet istã fuisse intẽtionẽ eius:per ea que imediate allegata sũt. Et presertim cum non solum precipiat vt sit necessitas que aliter prouideri nequeat:sed etiam q̃ seruentur predicte modificationes. ¶Non obstat etiam dicere q̃ forsan non ita integre in aliquibus conuentibus obseruantur modificationes:que cum bursarijs dictum est debere obseruari:quia vnum peccatum non excusat aliud:nec culpa illius maior:alleuiat meam minorem:nec minus ardebunt:imo amplius:qui cũ multis q̃ si soli in igne infernali essent. A quo nos liberare dignetur qui cum diues esset:pro nobis egenus fieri dignat⁹ est: nosqz vt sibi assimilaret:in camino paupertatis elegit.

Collector ¶Reliqua ptinentia ad paupertatis materiã respectu fratrũ mino. habentur latissime in declarationibus apostolicis regule predictorũ fratrũ:quas fecerũt Nicolaus 3.z Clemẽs.5. Sed clarius cõtinetur in quoddã tractatu intitulato Speculũ fratrũ minorũ per reuerendũ patrem fratrẽ ioannem de argomanes:quondam prouincialem prouincie sancti iacobi lucu lenter editum. Et pcertim in bijs que attinent ad pecuniam:habetur ibidem per optime prope finem eiusdem tracta us. Videat ergo ibi qui voluerit esse bonus pauper euangelicus:z paupertatis in regula fratrum minorum contente obseruator.

¶Portio canonica.

Collector ¶Qualiter fratres mino. necnon z alij mendicantes:non tenentur soluere prelatis ecclesiarum aliquam portionem canonicam:positum est supra in dictione Canonica portio. vide ibi.

¶Possessiones fratrum.

Collector ¶Circa bona que possident fratres mendicantes:z moniales eorum cure cõmisse:dictum est in dictione Bona. Sed vltra illud additur hic aliquid quo ad fratres minores.

I

Nicolaus. 3. in declaratiõe regule fratrũ mi. statuit z declarauit:q̃ olim rex qbus vtũtur p̃dicti fratres ius z dñiũ pertineat ad summũ põtificẽ:z ecclĩa romanã: vtpote vẽsiliũ:z librorum:ac eorum mobiliũ quorum vsum facti licet hmõi fratrib⁹ habere:dũ tamẽ qui p̃dictas res dedit non reseruauerit sibi dominium. B. fo. 6 in tractatu. 2. Et, ffo. 8 in tractatu. 2.

Innocentius. 8. fecit quandā dispensationē fratribus predicatoribus obser. congregationis hispanie circa possessiones: vt habetur supra in dictione Dispensatio. §. 17. 2

Julius. 2. fecit quandam concessionem magnam fratribus Augustinēsibus: circa eorum bona ⁊ possessiones: que posita est supra: in dictione Bona. §. 10. 3

Leo. 10. precepit omnibus christifidelib⁹: vt nemo bona ordinis fratrū Augustinensium audeat occupare vel vexare: quod tam de psonis predictis q̄z de locis: conuentibus: possessionibus: ⁊ alijs quibuscunq; rebus ad loca personas ue pertinentia intelligi voluit: siue pecunia: siue mobilia illa sint. Et voluit q̄ si vexantes: vel occupātes (postq̄z a predictis fratribus fuerit moniti) non integre infra tridui spacium omnia restituerint: aut vexare omnino destiterint: excōicationis sententiam incurrant: a qua absolui: nisi a sede apostolica: ⁊ in mortis articulo non possint. b. fffo. 122. conce. 558. 4 Excōicatio.

Predicatores verbi diuini.

¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Notandū est q̄ oia que in priuilegijs fratrū continentur respectu predicationum ⁊ predicatorū: sunt in triplici differentia. ¶ Quedam enim respiciunt facultatem quam fratres predicaturi habere debent. Et hec continentur infra in §. 1. ⁊. 4. et. 5. et. 8. ⁊. 10. ¶ Alia cōcernunt prohibitionem prelatorum ecclesiasticoz ⁊ nonullorū etiam fratrū. Et ista habētur in. §. 3. ⁊. 9. Collector

¶ Reliqua vero sunt in cōmendationem: ⁊ fauorē dictorum fratrum actu predicantiū. Ista auté sunt duplicia. Mā aliqua respiciunt propie suas psonas. Et hec habentur infra. §. 2. ⁊. 11. ⁊. 12. Alia autem respiciūt auditores sermonū. Et quo ad ista ponitur quedam remissio in fine huius capituli.

Innocentius. 3. dedit beato Francisco ⁊ socijs eius licentiam predicandi ad verbi dei semen in omnem terram spargendum. b. fo. 1. Et. ffo. 3. 1 Licētia p̄dicandi.

Gregorius. 9. precepit oībus ecclesiaz prelatis: vt fratres ordi. mi. ad officium predicandi (ad quod vicit q̄ sunt ex professione sui ordinis deputati) benigne recipiāt: ⁊ vt admoneāt populos eis cōmissos quatenus ex ore predictorū fratrū verbi dei semen deuote suscipiāt: ac etiam q̄ in necessitatibus huiusmodi fratrum liberales existant. B. fo. 25. Et. ffo. 109. conce. 233. 2 Nota.

¶ Idem Gregorius. 9. precepit ecclesiarū p̄latis: quatenus si qui asserentes se esse de ordine fratrū mi. predicauerint in iurisdictionibus huiusmodi prelatorum faciendo questum pecuniarium: ex quo infamia sequeretur religioni ipsorum fratrum qui paupertatem professi sunt: capiant tales predicantes: et tanquā falsarios condemnent. B. fo. 25. Et. ffo. 109. conce. 234. 3 Prohibitio.

Alexander. 4. concessit q̄ fratres ordinis p̄dicatoz ⁊ mi. possint p̄dicare populis de licentia romani pontificis: aut legatoz eius vel diocesani: seu ordinarij: absq; alioz inferioz prelatorū ⁊ rectorū ecclesiarū: ac sacerdotū parrochialium assensu. b. fo. 25. et. ffo. 26. conce. 15. 4 Licētia p̄di.

Clemens. 4. referēdo ac cōfirmādo p̄dictas litteras Alexandri. 4. declarauit: q̄d si predictis fratribus: concedatur licentia 5 Licētia p̄di.

predicandi a legatis sedis apostolice: aut ab ordinarijs locorum: possint libere hmõi fratres predicare populis subiectis legatis z ordinarijs: sine aliorum prelatorũ inferiorũ z rectorũ ecclesiarũ assensu: vllomodo requisito. Illis tamẽ casibus exceptis: qui de iure vel cõsuetudine: aut speciali reseruatione facta sedi apostolice ac legatis z ordinarijs predictis specialiter relinquuntur. b. fo. 29. et. ffo. 30. conce. 26.

Collector ¶ Aduerte qꝫ casus de quibus hic fit mentio: expecificantur infra a Benedicto. 11. in. § 8.

6 ¶ IDem Clemẽs cõcessit: vt singuli prouinciales fratrũ mi. in suis prouinciis cũ diffinitoribus in suis capitulis prouincialibus cõgregatis: habeãt plenariã auctoritatẽ z facultatẽ examinãdi: z approbandi fratres predicti ordinis i sacra pagina eruditos: z qꝫ eis officiũ predicationis (deũ habẽdo preoculis) cõmittere valeant: sicut ex forma regule poterat minister generalis. B. fo. 56 et. ffo. 139. conce. 311. Et hoc idẽ concessum est carmelitis. B. ffo. 185 cõ. 463. Et similiter concessum est Augustinensibus. B. ffo. 244. con. 589.

Institutio predicatorꝫ.

7 ¶ IDem Clemens prohibuit: ne fratres quos ab ordine pro suis culpis expelli contigerit: vel qui egressi fuerint proprio motu: presumant predicare. ꝛc. nisi ad alium ordinem in quo licite exercetur hmõi officium: de licentia sedis apostolice vel ministrorum ordinis prefati transierint. B. fo. 58. Et. ffo. 141. conce. 331. Et quo ad carmelitas. fo. 103. Et. ffo. 186. conce. 472. Et quo ad predicatores ffo. 228. conce. 557

Prohibitio pdicandi.

¶ Item Leo statuit q̄ predicte sorores tertie regule collegialiter viuentes: nullatenus possint cōpelli p̄ supradictos plātos ecclesiaꝝ & rectores: aut quoslibet alios ad audiēdū missas & alia diuina officia: in alio loco q̄ in dictis suis ecclesijs: aut ad suscipiēdū ecclesiastica sacramēta ab alio q̄ a cōfessore regulari vel seculari eis p̄ eaꝝ superiorē assignādo: nec desuper quomodolibet molestari valeāt. Ac q̄ hmōi cōfessor si secularis fuerit quādiu officiū p̄dictū confessionis a dictis superioribus sibi ipositū cōtinuauerit: nequaquā p̄ locoꝝ ordinarios i premissis impediri possit. Et tandē circa premissa dedit conseruatores omnes in dignitate ecclesiastica constitutos. B. fffo. 35. conce. n 9.

22 De sororib⁹ tertiarijs in cōi viuētib⁹ Sacramēta.

¶ Item Leo dedit p̄fatis sororib⁹ copiosam exēptionē a solutiōe cuiuslibet decime: aut taxe vel collecte: etiā p̄ sedē aplicā ipposite: si tū ita sunt pauperes q̄ eaꝝ redditus nō sufficiūt p̄ cōmoda eaꝝ sustētatiōe. B. fffo. 48. conce. 143. Hoc ponitur latius supra in dictiōe Decime. §. 8. Et in dictio. Exemptio. §. 30.

23 Exemptio.

¶ Item dē leo fecit quasdā p̄cessiones circa modū quo alienari p̄nt bona mōasteriorum monialiū: seu sororum tertij ordis: q̄ posita sūt supra i dic. Abbatissa. §. 9. & 10.

24. De aliēatione bonorum.

¶ Item dē leo ad istātiā diuersaꝝ psonaꝝ ordinauit denuo regulā p̄ fratrib⁹ & sororib⁹ tertie regule. b. frācisci: q̄ tria vota essentialia emittūt: & i p̄gregatiōe viuūt. Et q̄ hmōi noua regula nūquā fuit ipressa i aliquo librorum ordis ideo operecium visum est illā hic inserere. ¶ Sed aduertēdū q̄ p̄dicta ordinatio regule facta est bis: vel ter ab eodē Leone. 10. & nō vniformiter: quaꝝ vltima est melior: & q̄ in partib⁹ Hispaniaꝝ: p̄. R. patrē ministrū ghalē triū ordinū bti Frācisci recepta et diuulgata: necnō & oib⁹ p̄dictis tertiarijs tradita est. Ideoq̄ p̄fatā vltimā regulā (reliqs omissis) ipressimere curaui de verbo ad verbum: prout sequitur.

25 Noua regla pro tertiarijs in cōi viuentibus.

Vsta est vera Et debet seruare

Dilectis filijs fratribus & sororibus tertij ordinis beati Frācisci: subtribus votis essentialibus in congregatione viuentibus.

Leo papa. 10. Dilecti filij ac filie: salutē & aplicā bñ. Inter cetera nr̄o regimini credita: ea nos potissime sollicitos reddūt: p̄ q̄ frenatis mundi carnisq̄ cupiscētijs: innocētie p̄meq̄ pacis celit⁹ collate trāquillus status ad suā p̄mineā reduci cognoscit̄ origine. Dudū siq̄dē hui⁹ gra fe. re. Nicola⁹ papa. 4. p̄decessor nr̄: tertiā regulā beati Frācī. quā de penitētia appellauit p̄ quā alm⁹ cōfessor boies vtriusq̄ sex⁹ fideles: spū dei plenus saluare cōtēdebat: confirmauit & approbauit. Verū q̄ tpis decursu spirāte illo spū sctō nō solū viri cōiugati: mūdiq̄ huius icole: p̄ quos a bto Frācisco p̄fata tertia regula edita fuerat: verūetiā innumeraꝝ virginū chori: trib⁹ essentialibus: & a quib⁹dā etiaꝝ clausure: nr̄a auctoritate assumptis votis: cōstructisq̄ monasterijs quā plurimis: nō sine militātis ecclie fructu multiplici & edificatiōe: p̄fati tertij ordis iugo sua colla subdiderūt. Et q̄n in dicta tertia regula q̄dā maritatis accōmoda: celebi vero virgineoq̄ statui subhmōi tertia regu. dño famulātib⁹ nullatenus decētia inectunt̄: ob q̄ castoꝝ aīoꝝ nitidi affect⁹ ab ingressu dicti ordis nō nūquā auertūtur: nos iuxta dñi volūtatē: p̄ciosum a vili separātes: eādē tertiā regulā in modū q̄ sequitur distinctā de nouo cōfirmam⁹ & approbam⁹: ac vobis & successoribus vr̄is seruādā trāsmittimus: cuius tenor sequitur & est talis.

¶ De nouicioꝝ seu nouiciarum ingressu. i. Capitulum.

Fratres seu Sorores ad hunc Tertium ordinem recipiendi: debent esse fideles catholici: de hereti non suspecti: in obedientia Romane ecclesie firmi: matrimonio non ligati: debitis expediti: corpore sani: animo prompti:

nulla vulgari ifamia maculati: cuz primis recõciliati. Et de his oibus antecz recipiantur: ab eo q recipiẽdi habet facultatem: sunt diligenter examinandi.

¶ De hijs que habent promittere fratres ⁊ sorores in professiõe huius tertie regule. 2. Capitulum.

¶ Fratres ⁊ sorores postquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint (qui de vili panno: arbitrio visitatoris esse debet) si conuersatio laudabilis fuerit apud conuentum in quo quis vel que habitum probatiõis portauerit: de consilio discretorum dicti conuentus: ad professionem dicti ordinis recipiatur. In qua professione promittat seruare mandata dei: ac satisfacturum de transgressionibus quas facere posset in futurum contra hanc tertiam regulam: vbi a prelatis requisitus fuerit: viuendo in obedientia: sine proprio: ⁊ in castitate.

¶ De ieiunio. 3. Capitulum.

¶ Fratres ⁊ sorores perpetuis temporibus feria. 2. 4. 6. ⁊ sabbato (excepto dñice natiuitatis festo) carnes non comedant. Et a festo omnium sanctorum vsqz ad resurrectionem domini: omni feria. 4. ⁊. 6. ieiunare teneantur. Ac similiter qualibet sexta feria totius anni. Item a festo beati Martini vsqz ad natiuitatem domini ieiunent quotidie: iuncta quadragesima vniuersalis ecclesie vsqz ad resurrectionẽ dñi: quam tamen a quinquagesima incipere debent. Diebus vero quibus non ieiunatur: bis in die dumtaxat comedant. Excepto q a festo pasche vsqz ad mensem octobris: laborantes penoso: seu graui labore: ter in die refici poterunt: ieiuniorum semper diebus exceptis. Poterunt autem iti nerantes: infirmi debiles: tẽpore necessitatis ieiunium soluere.

¶ De diuino officio ⁊ oratione. 4. Capitulũ.

¶ Fratres ⁊ sorores in ecclesia seruent silentium: presertim quando missa celebratur: vel sermo dei proponitur. De alijs vero locis seruent quod per suos superiores circa silentium illis fuerit ordinatũ. Debent etiã quolibet die i sero intra se ⁊ deũ cogitare quid fecerint: dixerint: vel cogitauerint. Quolibet autem die si potuerint cõmode: debent audire missam. Et procurare q habeãt virũ religiosum q illis verbũ dei certis diebus ꝓponat: ⁊ eos ad penitentiã: ⁊ virtutes inducat. Illi aũt vel ille: qui vel que horas canonicas sciunt per se dicere debent horas canonicas sm vsum sancte Romane ecclesie persoluere. Qui vero horas canonicas nesciunt dicere dicant: duodecim Pater noster pro matutino: ⁊ pro qualibet aliarum horarum septem: addito Gloria patri in fine cuiuslibet Pater noster: addito etiam Credo ⁊ Miserere mei deus in principio prime ⁊ completorij. Et qui premissa nescierit: ter Pater noster pro penitentia dicere debeat. Quoties autem prandium vel cibum sumunt: gratias deo reddere debent. De confessione vero sacramentali: ⁊ sacra communione sumenda: seruabunt ordinationem Nicolai pape. 4. q ter in anno confiteãtur atqz dicent: vel etiam statuta a suis superioribus super hoc ordinata.

¶ De prelatorum ⁊ officiorum ordinatione. 5. Capitulũ

¶ Quelibet domus: si Monasterium virorum fuerit: habebit superiorẽz istius fraternitatis qui minister localis appellabitur. Si vero mulierum: mater dicetur. Et eligentur per suos Conuentus: vel instituentur per suos prouinciales superiores: seu visitatorem generalem. Ita tamen quod nullus sit perpetuus: sed certi temporis. Qui ministri ⁊ matres: obedient per omnia

que ad presentem regulam spectant: prouincialibus ministris ordinis mi. beati Francisci: & visitatoribus deputatis ab ipsis ministris: quādiu in dictis officijs fuerint. Quo vero ad alia officia intra domum: seruabunt statuta sua.

¶ De modo interius exteriusq; conuersandi. 6. Capitulum.

¶ Cum fratres & sorores huius fraternitatis dicantur de penitentia: oportet eos ab omni curiositate: tam in vestibus quam alijs quibuscunq; abstinere. Et iuxta apostolicum principis beati Petri salubre consilium: depositis ceteris vanis huius seculi ornamentis: nullum ornamentum corporale portare debent: nisi solum humile: & necessarium tegumentum corporis sui. Debent etiam ab accessu curiarum principum: dominorum: seu dominarum vbi mollia huius mundi (domino testante) habētur: omnino cauere. Nec vllo vnquā tempore choreis: ludis: iocis: & alijs histrionuz vanitatibus interesse. Debent quoq; esse parci in verbis & locutionibus: que raro sine peccato multiplicantur. Et super omnia ab omni mendacio & iuramento quocunq;: iuxta mandatum domini: nisi pro pace: fide: calumnia: & testimonio perhibendo: cauere debent. Et omni die in sero: inter cetera debent examinare se: si vel mendacium vel iuramentum aliquod fecerint: & pro quolibet ter Pater noster dicere debent.

¶ De visitatione & cura infirmorum. 7. Capitulum.

¶ Si quis frater vel soror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit: minister domus vel mater: semel quotidie per se vel per aliam personaz visitare teneatur. Et de bonis communibus omnia necessaria diligenter faciat illi ministrari. Teneaturq; infirmum: vel infirmam monere ad penitentiam acceptandam: veramq; conuersionem ad deum faciendam: mortis propinquitatē & iudicij diuini districtionem: simulq; diuinam misericordiam proponēdo.

¶ De visitatiōe quā prelati debēt facere circa fratres & sorores. 8. Cap̄.

¶ Minister prouincialis fratrum minorum: vel visitator eiusdem ordinis cui ipso cōmiserit: visitabit quolibet anno: semel tantum quamlibet domum: cū presentia seniorum. Et facta visitatione: non debet intrare officinas: nec alia interiora sororum. Ipse autem visitator nunquā solus maneat & separatus cū aliqua sorore. Debent autem ministri: & matres dicere visitatori deffectus qui correctione indigent. Similiter & alij fratres & sorores. Et si aliqui fuerint incorregibiles iudicio discretorum vel discretaruz domus: tanquā morbida pecora eijciantur de congregatione.

¶ De officijs mortuorum. Capitulum. 9.

¶ Postquam aliquis frater vel soror ab hac luce migrauerit: curabit minister seu mater cp eius exequie sollemniter celebrentur. Quibus exequijs omnes fratres vel sorores alicuius domus: vbi ipsum mori contigerit: personaliter interesse debent: nec recedere donec corpus traditum sit sepulture. Et pro aīma cuiuslibet defuncti vel defuncte: infra octo dies quilibet sacerdos vnam missaz: scientes autem Psalterium: quinquaginta psal'. nescientes vero psal's. quinquaginta Pater noster: & in fine cuiuslibet Requiem eternam dicere teneantur. In fine autem cuiuslibet anni: seu infra quemlibet annum: quilibet sacerdos tres missas pro defunctis: scientes psalterium: vnum psalteriū: nesciētes vero psalterium: centum Pater noster cum Requiem eternam in fine cuiuslibet dicere debeant. Et circa ista officia pro defunctis: & alia officia diuina

in presenti serie annexa: cura imponitur ministris & matribus vt fideliter persoluantur.

¶ De obligatione contentorum in regula. 10. Cap.

¶ Omnia & singula in presenti regula contenta: sunt consilia ad facilius salua das animas viatorum. Et nulla sunt obligatoria ad peccatum mortale vel veniale: nisi humano vel diuino iure aliquis alias esset obligatus. Obligantur tamen fratres & sorores facere penitentias sibi a superioribus impositas: quādo super hoc requiruntur. Obligantur etiam ad tria vota essentialia: paupertatē nihil habendo in speciali. Castitatem: quia post votum non possunt matrimonium contrahere: nec sine transgressione vicijs carnis se immiscere. Et obedientiam: quātum ad illa sine quibus non potest commode ista fraternitas manuteneri. Tenentur etiam ad clausurā seruandā ille que ipsam expresse seruare vouerint. Quod omnibus & singulis conuentibus concedimus: dummodo hospitalitas & charitas quā exercere solent apud infirmos: nullum cū honestate patiatur detrimētum. Datū Rome apud sanctuz Petrum: sub annulo piscatoris. Die vigesima Januarij. 1521. Pontificatus nostri Anno octauo.

Collector. Euangelista.

Ex predictis omnibus colligendum est

De triplici differētia tertiariorum. s. franci.

q̄ fratres & sorores tertij ordinis sancti Francisci: sunt in triplici differentia. ¶ Quidam enim illoz: & primi tēpore: sunt illi qui nō faciunt tria vota essentialia religionis: nec in congregatione viuunt: sed in propijs domibus cum suis vxoribus & filijs: aut familijs prout alie persone seculares: excepto q̄ obseruant ea que in regula per Nicolaum. 4. copilata continentur. Et isti sunt propie tertiarij per beatū Franciscū instituti. ¶ Alij tertiarij sunt qui faciūt predicta tria vota in manibus sui ministri vel ministre coram sua cōmunitate. Sed hij subdistinguntur: q̄ aliqui istorum post emissionem votorum: seu professionem predicto modo factam: remanent & viuunt in cōmuni. Reliqui vero licet faciūt professionē in cōmunitate: vt supradictū est: tamen postea nō viuunt in communitatibus sui ordinis: sed in aliquibus heremitorijs vel ecclesijs separatis a conuentibus dicti ordinis.

De primadi ferentia tertiariorum. s. francilci.

¶ Primi istorum tertiariorum sunt illi qui ordinati fuerunt per beatum Franciscum. Et hi non conuertuntur in personas ecclesiasticas: sed remanent vt persone mere seculares: prout Sixtus. 4. declarauit in bulla prealligata supra. §. 7. Et ideo post istam declarationem non est intelligendum q̄ respectu huiusmodi tertiariorum extendatur iurisdictio & gubernatio que fratribus mino. super tertiarios cōmissa est. Quia talem iurisdictionem seu gubernationem non possunt fratres mino. habere super personas seculares: prout sunt prefati primi tertiarij. Ac pro tanto bulla Eugenij. 4. que dat fratribus mi. iurisdictionem super tertiarios extra cōmunitatem viuentes: debet intelligi post supradictam declarationem Sixti: de illis qui fecerunt professionem in cōmunitate: & postea viuunt extra illam. Et si forte reperiretur aliqua bulla que conferret expresse iurisdictionem fratribus mi. super hmōi tertiarios qui manent in seculo cum vxorib⁹ & filijs: seu alio modo consimili: tunc esset aduertendum vtrum talis bulla fuit ante predictam declarationem. Et in hoc casu iam nihil operatur. Si autem fuit post supradictam declarationē: tunc etiā nihil valet: nisi expresse derogaret hmōi declarationem

Sixti. Imo esset reputanda tanq̃ subrepticia. Et insuper esset cõtra puritatẽ professionis predictor̃ fratrum mi. q̃ vt dictum est: cũ hmõi tertiarij sint declarati nõ esse persone religiose: nõ potest cõuenire fratribus predictis iurisdictio super illos. Uerũ est tñ q̃ predicti fratres mi. possent licite sup̃ pfatos tertiarios primi gradus habere quandam diligentiam seu curam spiritualẽ pro directione animar̃ illor̃: vtpote audiendo cõfessiones eor̃: ⁊ conferendo illis sacramentũ Eucharistie frequentius q̃ alijs fidelibus: necnõ cõmunicando eis aliquas indulgentias ⁊ peccatorũ remissiones: ⁊ alia similia spiritualia: quẽadmodũ fit confratribus: ⁊ oblatis ordinis. Et adhuc nõ haberent tantã auctoritatẽ super hmõi tertiarios sicut super oblatos ppetuos: nisi similiter se offerrent ⁊ donarent in forma iuridica. Et tunc etiã non esset nisi quedã obligatio mutua: sine preiudicio decimar̃: ⁊ tributor̃: ac iurisdictionũ ecclesiastĩ carum ⁊ secularĩũ: quibus manerent semp obligati: vt alij mere seculares. Et facit ad hoc determinatio Concilij Lateranensis: supra posita in. §. 19.

¶ Aduertẽdũ est etiã q̃ habit⁹ pdictor̃ tertiarior̃ primi gradus nõ reperit̃ determinatus in aliquibus litteris apostolicis. Nam habitus determinatus per Nicolaum. 4. in regula quã ipse copilauit: itelligitur ꝑm declarationẽ Sixti pro illis qui faciunt tria vota ⁊ viuunt in cõmunitate. Cõsuetudo tñ vel potius corruptela iterpretauit in diuersis puincijs ⁊ regnis: diuersas formas habituum. Ita q̃ in aliquibus partibus defferũt hmõi tertiarij habit⁹ ꝙsimiles habitibus fratrũ mi. licet hoc sit expresse cõtra priuilegia predictor̃ fratrũ mi. ⁊ nõnunq̃ eueniat inde materia scãdali. ¶ Uidetur tñ q̃ habitus quẽ in partibus italie defferũt predicti tertiarij: sit eor̃ statui ⁊ rationi magis cõdecens. Qr quo ad formã defferũt vestes prout alij seculares: ⁊ quo ad colorem sicut fratres mino. Et est verisimile q̃ talẽ habitũ voluit beatus Frãciscus q̃ predicti tertiarij defferrent: cũ ab antiquo in partib⁹ vbi pfatus sanctus primo instituit predictũ tertiũ ordinẽ: ⁊ vbi pro maiori parte cõuersatus est: obseruat⁹ sit: ⁊ de presenti obseruetur talis modus habitus. ¶ Nõ possunt tamen pfati tertiarij defferre cordã sicut fratres mi. Qr adhuc alij tertiarij qui viuũt collegialiter nequeũt portare hmõi cordã: regula ipsor̃ prohibente. ¶ Item est aduertendũ q̃ ab hmõi tertiarijs nõ potest a fratribus mi. recipi aliquod votum religiõis: sed ad plus põt fieri quedã acceptatio: seu admissio ad pdictã tertiã regulã: exhortãdo illos q̃ eã obseruẽt: ⁊ adiuuãdo eos in cõfessionibus ⁊ alijs spiritualibus: sicut cõfratribus ordinis: prout supradictũ est. Nec etiã ꝑpter hoc efficiunt̃ fratres superiores illor̃: sed remanẽt vt prius sub iurisdictiõe ordinaria tã ecclesiastica q̃ seculari. ¶ Possunt tñ hmõi tertiarij (ad instar modi qui obseruatur cõmuniter in confraternitatibus) habere vel̃: superiores aliquos ex seipsis: qui nominentur ministri vel alio nomine: vt eor̃ curam habeant ad conuocandum vel puniendum eos. ꝛc. Sed hmõi ministri non sunt censendi tanq̃ illi ministri de quibus Nicolaus. 4. facit mentionẽ in pdicta regula tertiarior̃. Quia veri ministri qui debent gubernare tanq̃ prelati: sunt solummodo illor̃ tertiarior̃ qui vouent tria vota: ⁊ viuunt in cõmunitate. Aliter enim sequeretur q̃ tertiarij primi gradus essent proprie religiosi: cuius tamen contrarium declaratum est per Sixtum quartum. vbi supra. ¶ Est insuper sciendum q̃ hmõi tertiarij nõ gaudent priuilegijs (saltẽ tẽporalib⁹) fratrum mi. Nã postq̃ Sixtus. 4. declarauit q̃ tales tertiarij non

De habitu tertiarior̃ secularium.

Nota.

Nota ꝑ corda fratrũ minorum.

De superioribus tertiarior̃.

erant religiose persone: non extenduntur ad eos cōmunicationes priuilegiorū quas fecerunt tertiarijs Nicolaus. 4. ⁊ Sixtus. 4. sed solum de alijs qui sunt religiosi. Nec obstat predictis quedam concessio Innocētij. 8. suprapposita. §. 10. qua extendit omnia priuilegia concessa tertiarijs in communi viuentibus: ad eos qui viuunt in particulari: quia illa concessio cum sit viue vocis oraculo facta: non facit fidem nisi pro foro conscientie: ⁊ pro rebus spiritualibꝰ. Et dato casu q̄ faceret fidem in iudicio: ⁊ extenderetur ad temporalia: nō debet intelligi nisi de illis qui fecerunt professionem in cōmunitate: ⁊ postea virtute alicuius dispensationis viuunt in particulari (prout sepe accidit etiam in fratribus aliorum ordinum magis principalium) licet tamen adhuc illud nō

Aduerte. constet nimis clare. ¶ Unde sequitur q̄ꝫ in grauis error faceret quorundaz religiosorum: qui intuitu pietatis vel deuotionis inconsiderate: procurauerūt q̄ predicti tertiarij in aliquibus partibus non soluerēt decimas nec primitias asserendo esse exemptos ab huiusmodi: ⁊ a solutione tributorum ⁊ vectigaliū dominis temporalibus: presertim quia illud sepe redundat in non modicum damnum vicinorum huiusmodi tertiariorum: ⁊ exactorum redituū. Quia sunt aliqua predictorum onerum talis qualitatis: q̄ quantum auferetur oneris vni vel pluribus exemptis: seu priuilegiatis de populo: tantum super imponitur alijs eiusdem populi non exemptis neq; priuilegiatis. Et insuper qui prefatam exemptionem de facto procurauerunt: incurrerunt in excōmunicationem: vt patet supra in. §. 10. Circa quod est propterea valde aduertendum: ⁊ cauendum in futurum.

De secunda differētia tertiariorū sancti Frācisci. ¶ Quo ad secundum gradum tertiariorū qui iuxta declarationem Sixti supradictam. §. 7. faciunt tria vota ⁊ viuunt in communi: sunt aliqua aduertēda. ¶ Primum est: q̄ isti sunt vere persone ecclesiastice ⁊ religiose: ⁊ sunt exēpti ab omni iurisdictione ecclesiastica ⁊ seculari: excepta subiectione quā debent habere ordini minorum de qua supradictum est. §. 8. ⁊. 16.

¶ Alterum est q̄ habitus istorum tertiariorum fm regulam confirmataz per Nicolaum quartuz: debet esse coloris: ne prorsus nigri: nec prorsus albi. Sed quia predictus Nicolaus nihil dixit de forma huiusmodi habitus: ac etiam de colore locutus est obscure: fuit postea per Juliuz. 2. prouisum circa vtrūq; vt habetur supra. §. 18. ¶ De cingulo autem huiusmodi tertiariorum dicitur in prefata regula confirmata per Nicolaum. 4. q̄d fit corrigia: ⁊ non corda sicut est cingulum fratrum minor. ¶ Aliud est etiam notandum circa supradictos tertiarios: q̄d super eos habent iurisditionem ⁊ superioritatem fratres mi. tam obseruantes q̄d conuētuales: vt patet supra. §. 8. ⁊. 16. Et quia vtriq; fratribus mino. commissa est: ideo est locus preuētioni. ¶ Unde sequitur q̄d

Nota. licet huiusmodi tertiarij sint sub obedientia fratrum mino. conuentualium: possunt prelati fratrum obser. in defectu vel absentia prelatorum conuentualium: corrigere predictos tertiarios. Ac similiter econtra. Ratio huius est: q̄ non datur aliquibus gubernatio ⁊ iurisdictio: vt occasione illius committantur impune illicita. Quapropter potest quelibet dictarum diuersitatum fratrum minorum: exequi super prefatos tertiarios iurisdictionem in deffectum alterius. ¶ Reliquum insuper aduertenduz est q̄d huiusmodi tertiarij in cōmuni viuentes: gaudent omnibus priuilegijs concessis fratribus minori. sub quorum gubernatione consistunt: vt patet supra in. §. 4. ⁊. 9. ⁊. 20. ¶ De alijs

vero tertiarijs qui licet in cōmunitate professionem fecerint: sed postea in particulari extra suas cōmunitates viuunt: videtur ꝙ nequeant gaudere priuilegijs temporalibus: nec spiritualibus quibus fratres mino. ⁊ alij tertiarij collegialiter viuentes gaudent. Hoc patet per statutum concilij Lateranensis supra positum. §. 19.

¶ Quo ad tertium vero gradum tertiariorū. s. eorum qui nec sunt mere seculares: vt primi supradicti: nec fecerunt professionem in cōmunitate: vt secūdi etiam supradicti: sed qui propria auctoritate assumpserunt habitum tertiariorum: aut illum receperunt ab aliquibus fratribus mino. nō obseruata forma supradicta: ⁊ qui post assumptionem: vel receptionem huiusmodi habitus: ac etiam emissionem professionis extra cōmunitatem: viuunt in aliquibus beremitis: seu in domibus secularibus: non dubium est quin temeritatem eximiam cōmittant: ⁊ ꝙ tales nullatenus sunt tertiarij sancti Francisci: nec alicuius regule ab apostolica sede approbate: ac per consequens ꝙ nequeunt gaudere priuilegijs fratrum mino: nec tertiariorum: nec existunt sub iurisditione illorum. Possunt tamen ⁊ debent procurare fratres mino. ꝙ prelati ecclesiastici ordinarij procedant contra tales: quia deferunt habitum religionis cuius ipsi non sunt: prout habetur supra in dictione Habitus fratrum. §. 3. ⁊. 4. Et hec de tertiarijs sancti Francisci dixisse sit satis. De tertia differentia tertiariorum.

¶ Sciendum est vlterius ꝙ solus sanctissimus pater Franciscus instituit fratres: ⁊ sorores tertij ordinis: seu de penitentia nuncupatos vt supra dictus est: propter quod in eius laudes canit ecclesia. Tres ordines hic ordinat: primūq; fratrum nominat minorum: pauperūq; fit dominarum medium: sed penitentum tertius: sexum capit vtrūq;. Attamen postea nōnulli alij ordines: presertim fratrum mendicantium prefatam institutionem aliqualiter imitari nixi sunt. Nam fratres predicatores ⁊ Augustinenses: necnō ⁊ Carmelite obtinuerunt a sede apostolica vt alique persone vtriusq; sexus in pprijs domibus habitantes: aut saltem in congregatione regulari viuentes: sed certo modo sub huiusmodi ordinibus respectiue degentes: que pinzochere: aut mantellate vel de penitentia dicuntur: gauderent priuilegijs dictorum ordinum. Hoc patet quo ad predicatores. B. ffo. 240. conce. 573. Et quo ad Augustinenses. B. ffo. 249. conce. 622. Et quo ad Carmelitas. B. ffo. 180. cōce. 427. De eorum autem huiusmodi personis: que vt in plurimum sunt femine: dictum est supra satis late in dictione Mulieres. Et nonnulla alia addunt hic: prout sequuntur. Collector.

Sixtus. 4. concessit fratribus Carmelitis: vt possint administrare sacramenta eucharistie: ⁊ extreme vnctionis suis pinzocheris: ⁊ mātellatis (que sunt velut tertiarie ordinis mi. in particulari viuētes: put arbitror) etiam in eorūdem domibus. Et similiter cōcessit ꝙ dum tales decedere contigerit: possint eorum cadauera ad eorūdem fratrum ecclesias tumulanda deferre: absq; licentia alicuius prelati ecclesiastici: ⁊ contradictione quacunq; non obstante. B. fo. 97. Et ffo 180. conce. 426. Sacramēta.

¶ Aduerte ⁊ vide circa hoc ea que statuta sunt in concilio Laternanēsi: vt habetur supra. §. 18. Collector.

¶ IDem sixtus fecit aliam concessionem sicut immediate suprascriptā fratribus Augustinensibus: vt habetur. B. ffo. 247. conce. 623.

Collector. ¶ Aduerte q̄ de huiusmodi ꝑsonis que sunt velut tertiarij ſratrum minor̄ dicta sunt multa ſupra in dictione Mulieres. vide ibi.

Transire ad alios ordines.

Collector. ¶ Qualiter possint aut non possint fratres mi. transire de sua religiōe ad aliā vel de vna obediētia ad aliam: dictum est supra in multis dictionibus. ſ. in dictione Abbas: ⁊ in dictione Apostate: ⁊ in dictione Mouit us ⁊ dictione Obedientia: ⁊ in dictione Obseruantes fratres. Vide ibi.

Vendere.

¶ Distinctio materie venditionis.

Collector. ¶ Aduerte q̄ nōnulla reperiuntur in priuilegijs fratrum mi. que pertinent ad materiā venditionis. Et horum aliqua spectant ad fratres: alia vero ad moniales cure ipsorū cōmissas: prout infra patebit.

1 Procurator vel sindicus

Nicolaus. 3. ꝑcessit: q̄ cū expedierit vtilitati fratrum mi. vēdere aut cōmutare aliquas res vsui eor̄ prius ꝑcessas: cōmutatio talium rer̄ ꝑ rebꝰ quibus vsus fratribꝰ liceat habere: ꝑcedat: seu fiat auctoritate vel licētia generalis ⁊ prouincialium ministror̄ in suis administrationibus cōiunctim aut diuisim. Voluit tm̄ ⁊ ordinauit q̄ res hmōi estimato ꝑcio vendi cōtigerit: fiat per ꝑcuratorē vel sindicum a sede aplica vel a ꝓtectore ordinis deputatum: ⁊ q̄ per eum pecunia ꝑ ꝑcio rei vēdite habita recipiat̄ ⁊ expendatur in rem licitā cuius vsum fratribus licet habere. Habet̄ in declaratione Exijt qui seminat. ffo. 10. in. 2. tracta. u. Et. B. fo. 8.

2 Superfluitates.

Clemens. 5. declarauit nō licere fratribus mi. habere hortos vt colātur: ac olera ⁊ alia hortalicia ꝑcio distrahātur. Et idem de quibuslibet alijs rebus. Habetur in declaratiōe regule que incipit Exiui de paradiso. ffo. 15. in. 2. tractatu. Et fo. 14. tractatu. 5.

3 **Sixtus.** 4. fecit duas concessiones ꝓ fratribus mino. pertinentes ad hanc materiam: que posite sunt supra in dictione Bona: in §. 5. ⁊. 6. vide ibi.

4 Apostate.

Leo. 10. fecit quādam concessionē super venditionem bonor̄ que aliq̄ fratres mi. acquisierunt: cum extra obedientiā ordinis euagarent. Sed hec etiam posita est supra in dictione Bona. §. vltimo.

5 Elemosinas

¶ Idem leo fecit aliā cōcessionē circa cōmutationē seu vēditionē elemosinar̄ supabundantiū: prout habet̄ supra in dictione Elemosinas. §. vltimo.

6 De bonis monialium

¶ Idem leo respectu venditionis seu alienationis bonorum monasteriorū monialiū sancte Clare: ⁊ tertij ordinis: fecit duas concessiones: que posite sunt in dictione Abbatissa. §. penultimo ⁊ vltimo.

Vicarius.

¶ Distinctio materie vicariorum:

Collector. ¶ Aduertēdū q̄ de multiplicibus vicarijs reperit̄ facta mētio in ꝓuilegijs fratrum mi. ¶ Et primo de vicario totius ordinis: qui cedēte vel decedēte generali ministro eligi debet. ¶ Scōo de vicarijs generalibus: ⁊ prouincialibus cismontanis: ⁊ vltramontanis qui per concilium Constantiense fuerūt ordi-

nali pro regimine fratrum mino. regularis obser. ¶ Tertio de vicarijs conuentuum vel domorum predictorum fratrum seu monialium eis cōmissarum. Et de singulis istorum dicentur infra aliqua que ad eos spectant.

¶ De vicario totius ordinis.

NIcolaus. 4. statuit & ordinauit: ac districte inhibuit fratribus mino. ne deficiēte ministro generali possint eligere aut cōstituere aliquē fratrē in vicariū ordinis p̄fati: absq; Romani pōtificis & p̄tectoris eiusdē ordinis licētia speciali: p ipsi⁹ Romani pōtificis patētes lras cōcedēda: facientes plenā: & exp̄ssam de huiusmodi litteris mentionem. b. fo. 31. Et fo. 32 conce. 33. 1 De vicario totius ordi.

¶ Aduertēdum q̄ post hec in statutis generalibus auctoritate apostolica in capitulo generali Burgensi factis: sub sequenti modo statutum & ordinatum est in capitulo vndecimo de institutionibus officiariorum. Collectos

¶ Ceterū ordinatur q̄ supueniente morte ministri gn̄alis: si moriatur in partibus de quibus assumptus est: minister in cuius prouincia moritur: teneatur conuocare patres diffinitores illar̄ partiū in quibus moritur minister gn̄alis: quam primū fieri poterit ad locū cōmodiorē pro electiōe vicarij ordinis. In qua electiōe dictus minister p̄sideat & habeat vocē actiuā & passiuā sicut ipsi diffinitores. Et ille in quē maior pars illor̄ cōsenserit: fit vicarius totius ordinis. Si vero moriatur in partib⁹ quibus p̄erat cōmissarius generalis electus sc̄dm formam bulle vnionis: defuncto gn̄ali ministro minister in cuius p̄uincia moritur: quā primū fieri poterit: teneatur portare vel legitime impeditus: mittere sigillū ordinis patri cōmissario gn̄ali illarū partiū: registro ordinis bene clauso & sigillato sigillis ministri prouincialis & cōuētus in quo moritur apud scribā ordinis curā eiusdē registri habere solitū remanēte. Qui quidē cōmissari⁹ gn̄alis teneatur: quā primū fieri poterit: dictā cōuocationē diffinitorū ad locū cōmodū facere. In qua cōgregatione tam cōmissarius generalis p̄fatus: quā minister in cuius p̄uincia est defunctus: vocē actiuam sicut & diffinitores habeant. Eligēdus vero semp fit de eisdem partib⁹ ex quibus generalis minister erat assumptus. Si aūt prouincia in qua moritur generalis minister esset ministro prouinciali orbata: cōmissarius illius prouincie in p̄dictis suppleat vicē ministri prouincialis eiusdem. Et si aliquis diffinitorum p̄dictorum fuerit morte p̄ueutus: minister prouincialis sue prouincie: vel ipso ministro defuncto: cōmissarius illius prouincie: ad p̄dicta supplebit. Cū si generalis minister moriatur in terminis duabus prouincijs cōmunibus: minister prouincie prioris in ordine prouinciarum: teneatur vt p̄dictum est prouidere. Et si in terminis aliquibus prouincijs indifferentibus: vel in mari moriatur: hmōi p uisio ad propinquiorem prouinciam pertinebit. Statutū generale.

¶ De vicarijs generalibus: & prouincialibus.

Concilium Constantiense statuit q̄ prelati superiores fratrum minorum regularis obseruātie appellarētur vicarij generales & prouinciales respectiue. Et hoc idem confirmauerunt multi alij summi pontifices ac ordinauerunt multa et varia circa huiusmodi Vicarios. Sed quia post Capitulum generalissimum totius p̄fati ordinis Rome celebratum: translatum est officium ministeriatus ad fratres minores obseruan- 2 De vicarijs generalibus & prouincialibus.

les:a: per consequens cessauit denominatio predictorum vicariorum: & omnia illa que respectu talis denominationis fuerant statuta:seu concessa similiter cessauerunt:ideo superfluum foret hic illa ponere. Qui autem voluerit predicta que ad prefatos vicarios pertinebant videre:reperiet ea in libris monumentorum ordinis predicti:tam prime quā secunde impressiōis: necnō & aliqua in supplemento postea edito.

¶De vicarijs & confessoribus monialium.

3 De vicarijs monialium

Innocentius. 4 statuit q̄ fratres mino. qui in monasterijs monialium fuerint deputati pro seruicio illarū:in spiritualibus dumtaxat deseruiant: vt habetur latius supra in dictiōe ¶Monasteria.§.2.

4 Particular. p hispania. De duratione vicariat⁹ Collector

Julius. 2.statuit & ordinauit q̄ confessores:seu vicarij monialium sancte Clare:& aliarum religiosarum subcura fratrum mi in regnis ¶Hispaniarum degentium:nullatenus possint vltra triennium officia huiusmodi exercere. Et q̄ predicto triennio finito:vel antea si ministro prouiciali expediens videbitur:a predicto officio absoluantur. B.fffo.49. cōc.145.

¶Aduerte q̄ idem Julius ordinauerat prius hoc idem generaliter loquēdo de omnibus & singulis officijs trium ordinum beati Francisci: vt habetur supra in dictione Officia ordinis.§.4. ¶Circa auctoritatem vero huiusmodi vicariorum: vide aliquid infra post.§.sequentem.

¶De vicarijs conuentuum fratrum minorum.

5 De vicarijs conuentuū fratrum.

¶Idem Julius in communicatione amplissima quam fecit fratribus ordinis mino. de priuilegijs fratrum ordinis predicatorum : concessit q̄ ea que spectāt ad vicarios conuentuum:aut singularum domorum prefati ordinis predicatorum:similiter spectent & pertineant ad vicarios conuentuum & domorū ordinis mi. B.ffo.228.conce.533.et.fffo.74.cōce.222. ¶Hoc habetur latius supra in dictione Communicatio priuilegiorum.§.12.

Collector

¶Aduertendum est circa predictam concessionem:q̄ licet in nostris priuilegijs nō habeātur omnia q̄ vicarijs conuentuū ordinis predicatorū sunt concessa immo pauca:tamē deseruit huiusmodi cōcessio:ad hoc vt quādocūq; peruenerint ad noticiā fratrū mino. illa que ad predictos vicarios predicatorū pertinent:possint eisdem vti vicarij conuentuū seu domorū fratrum mino.

Collector

¶Notandū est tamē q̄ vt superius in nōnullis locis tetigi; appellatione vicariorum apud fratres p̄dicatorū:nō veniūt vicarij cōmuniter vsitati iter ipsos sed solum illi qui propter absentiam:aut carentiam prioris eliguntur :seu instituuntur ad presidendum velut priores:Et consimiliter intelligendū est quo ad fratres mi. de illis vicarijs dūtaxat qui apud eos vocantur presidētes:quia abest vel deest guardianus. Ad quod faciunt que subsequuntur.

¶Aduertēdū est etiā q̄ quo ad auctoritatē predictorū vicariorū monialium:et conuentuum:fuit statutum in capitulo gñali Albien frid quod sequitur.

Statutū generale. Pro vicarimo. & guar. ac vica. eorū.

¶Uniuersi cōfessores monialiū nostre familie: habeāt presenti decreto semper actiue auctoritatem prelatorū sup moniales in foro cōscientie:quo ad casus:& sententias. ¶Habeantq; similiter guardiani:ac vicarij guardianorū in absentia eorum. ¶Habetur hoc fo.228.tractatu.5.Et.ffo.248.in tractatu secundo.

¶Deinde in sequenti capitulo generali Lauali:celebrato:facta est sequens declaratio predicti statuti.

¶Declarat ꝙ illa clausula in capl'o gñali Albiēsis inserta: vz ꝙ guardiani ꝛ eoꝝ vicarij habeāt auctoritatē platoꝝ in foro cōscientie. ꝛc. sic debet intelligi: ꝙ vz auctoritas per patrē prouincialē concessa guardianis: remaneat semper penes eorum vicarios: seu vicariorum vicarios: ipsis guardianis suum conuētum pro suis negotijs exeuntibus. ¶Habet. fo. 229. trac. 3. Et. ffo. 248. trac. 2. Statutū generale. Pro guardianis et suis vicarijs.

Visitare et visitatores.

¶Distinctio materie visitationis ꝛ visitatorum.

¶Circa materiam visitationis ꝛ visitatoꝝ sunt complura in priuilegijs fratrum mi. contenta. ¶Istorum autem quedam pertinet ad visitationem fratrū actiuam ꝛ passiuam inter semetipsos. Et hec posita sunt supra in dictione Correctio. §. 9. ꝛ quasi in omnibus. §. Ac in dictione Exempti fratres. §. 2. ꝛ. 4. Collector

¶Alia vero attinent ad visitationem monialium sancte Clare. Sed hec similiter habentur superius in dictione Abbatissa. §. 8. Et in dictione ¶Moniales. §. 2. ꝛ. 3. ꝛ 17. et. 22. ꝛ. 26. ac. 27. ¶Nonnulla insuper spectant ad visitationem fratrum ꝛ sororum tertie regule beati Francisci. Hec autem continentur supra in dictione Tertiarij. §. 3. ꝛ. 4. ꝛ. 8. ¶Attamen quo ad visitationem quarūlibet monialium per fratres mi. fiendam: fecit Leo. 10. quandam cōcessionem: que habetur supra in dictione Ingredi monasteria monialiuz. §. 23. ¶Sed quo ad licentiam que ad visitationis monialium officium exercēdum requiritur: notanda est sequens ordinatio Innocentij. 8.

De visitationibus ꝛ confessoribꝰ monialium.

Innocentius. 8. inhibuit sub grauibus censuris ꝛ penis: ne quispiam fratrum minoꝝ regularis obser. sine suorum superiorum licentia ꝛ deputatiōe: ac institutione: presumat accipere ꝛ exercere officiū cōfessionis: seu visitatoris monasteriorꝝ monialiū beguinarꝝ vel sororꝝ quarūlibet: aut tēporaliū dñoꝝ: ꝛ aliarū personaruz secularium: seu regularium vtriusqz sexus: etiam si ad id apostolica auctoritate deputarētur. Et decreuit ꝙ deputationes quas sic fieri contigerit: sequentem conditionem habere debent: vt scilicet deputati ad officia predicta: illa exercere possint: si ad id eorum sic deputatorum superiorum consensus ꝛ licentia accedant: ꝛ non aliomodo. B. ffo. 157. conce. 375.

¶Ultra predicta: qui voluerit videre indulgentias quas promereri possunt visitantes ecclesias fratrum mino: in festiuitatibus ꝛ alijs diebus anni: reperiet eas supra in dictione Indulgentie quo ad seculares. 1. ꝛ. 2. ꝛ. 3. Collector

Unctio extrema.

¶Quo ad administrationem sacramenti extreme vnctionis sunt aliqua cōcessa fratribus mi. tam respectu suorum tertiariorum ꝛ familiarum: seu oblatorum: quā aliarum personarum: secularium. ¶Eaque concernunt tertiarios: ac familiares fratrum: habentur supra in dictione Tertiarij. §. 19. Et in dictione Familiares. §. 3. ꝛ. 8. Et in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres. §. 7. ꝛ. 8. ¶Illa vero que pertinent ad omnes seculares: continentur in dictione Sacramenta. §. 1. Et in dictione Communicare. §. 6. ꝛ. 10. Collector

Votum.

¶Distinctio materie votorum.

Collector ¶Sciendum est vltimo: q̄ in priuilegijs fratrum reperiuntur aliqua pertinentia ad materiam votorum. ¶Horum autem aliqua spectant ad personas fratrum solummodo. Et ista habentur in dictione Dispensatio. §. 8. ¶Alia concernunt personas monialium: que cure predictorum fratrum sunt commisse. Hec autem continentur in dictione Absolutio extraordinaria quo ad fratres. §. 6. Et in dictione Dispensatio. §. 19. ¶Reliqua vero respiciunt personas secularium. Et hec continentur in dictione Absolutio quoad seculares primo: in. § 16. Et in dictione Absolutio quoad seculares. 2. in. §. 11. ac. 19. Et in dictione Dispensatio. §. 46.

¶Sequuntur alique concessiones ad religiosos solūmodo attinētes ex priuilegijs nō mēdicātiū ordinū excerpte quorum habemus communicationem per clementem septimum datam. Et etiaz alie per eundem summum pontificē fratribus minoribus concesse.

Benedictus. 13. cōcessit patrib⁹ cartusianis in matutinali officio qñ dicitur. ℣. Te ergo qs. in cātico Te deum laudamus. genua flectētibus tria quadrigenaria idulgētie de indultis penitentijs. ¶Item Bñdictus. 13. predictis patribus concessit vt qñ in missa dicitur Gratias agamus: audientes flectēdo genua: sacerdos vero dicētes caput reuērenter humiliando consequantur. c. dies indulgentie de indultis penitentijs. ¶Item benedictus concessit monachis diui benedicti. cccc. dies indulgentie propter obseruationem ceremoniarum ordinis quolibet die.

Eugenius. 4. p̄dictis monachis diui bñdicti p̄cessit: vt qñ fuerint infirmi vel occupati cōsequātur quascūqz indulgētias p ipsum vel p suos p̄decessores concessas diuinis officijs in festo corpis xp̄i et octa. p̄sentib⁹: et illisq̄ i p̄cessione dicti festi ābulauerit tanq̄ si p̄sentes adessent ¶Patribus diui Hieronymi cōcessum fuit vt qñ fuerint in eccl̄ia dū officia diuina dīr: aut intra monasteriū iussi a prelato: consequantur oēs indulgētias et gratias fratribus qui in choro adfuerint rebus et officijs diuinis: concessas. ¶Item p̄dictis p̄rib⁹ p̄cessuz fuit vt p q̄libet ex septē horis canonicis: et p missis q̄s simul cū alijs frib⁹ dixerint: aut i choro cātauerit. 100. dies idul. p̄sequant.

Sixtus. 4. Cartusianis patrib⁹ cōcessit vt in die natiuitatis bt̄e marie possint eligere cōfessorē i quocūq; tātūmodo sui ordinis quē qlibet eoz voluerit: qui eos plenarie ab omnibus et q̄buscūqz p̄ctis absoluat: etiā si sint ad sedē aplicā reseruata: cōsueta ecclesie forme seruata. Hac cōcessione poterūt fratres nri libere frui: dūmodo ꝓpter eius fiduciā aliqd̄ peccatū nō committat. Et etiā p̄cta nō sint ex cōtētis in bulla cene dñi: nā quoad illa nulla valet p̄cessio: ꝓpter illā q̄ quolibet anno post die dicte cene impetraretur: q: tunc semper fit noua reseruatio et reuocatio cuiuscūqz concessionis contrarie.

Clemens. 7. concessit vt sindici vel procuratores fratrū ꝓpter nullum crimē ciuile: criminale vel mixtū possint cōueniri coram aliquē iudicē secularē: sed tantū coram ordinis cōseruatorē: et q̄ ipsi et eoz̄ procores et liberi possint cōsequi: et cōsequātur oēs gr̄as spūales fratribus cōcessas. Sup q̄ ab eodē clemēte graues censure ponūtur. Huius breuis originale est in cōuentu Jesu Barchinonensi fratrum minorum: et autenticum exemplar habet

prouincialis minister prouincie Betbice predicti ordinis.

¶ Item pontifex Clemens. 7. Sixti. 4. et Leonis. 10. approbans super decimos monialibus sancte Clare concessas: insup concessit vt perpetuis futuris temporibus abbatisse: et moniales: ac monasteria sancte Clare nō teneant decimas aut primitias soluere de quibuscunq; terris et possessionibus quas colūt et cultiuari faciūt tam per alienos q̄ ꝓprios colonos et donatos ac familiares monasteriorum suorum. Huius concessionis originale est in conuentu sancti Frāciſci Barchinonēſi: et autenticum exemplar in nonnullis dicti ordinis prouincie Betbice conuentibus.

Finis.

Laus deo optimo maximo.

Sequitur approbatio operis

Compendij priuilegiorum fratrum Mendicantium.

Dum Leo papa. 10. in concilio Lateranēſi preceperit nullo modo aliqua opa edita a quocunq; impressione vari: nisi per episcopū vel aliū habētem peritiā scientie libri: seu scripture hmōi imprimēde ab eodē episcopo ad id deputādum: ac inquisitorem heretice prauitatis ciuitatis siue diocesis vbi librorū impressio huiusmodi fieret diligenter examinent et approbent. Et cum simili modo in statutis generalibus ordinis fratrum minorum cautum sit q̄ si qui fratres dicti ordinis aliqua opera noua ediderint: nō possint ea publicare: aut imprimere nisi pus examinata fuerint et approbata per generale Capitulum: seu per eos quibus generalis minister duxerit committendum: ea propter cum Reuerendissimus pater minister generalis totius ordinis prefati minorum: et ordinarius abbatie vallis oleti diocesis Palentine: necnō et Reuerendissimus dominus dominus Arch. episcopus Hispalēſis inquisitor generalis Hispanie: ac Sicilie: nos fratres Martinum de Bejar: ac fratrem Joannem ō Lumarraga: et fratrem Joannem de Curiel: supradicti ordinis professores assignauerint examinatores cuiusdam operis cuius titulus est compendium priuilegiorum fratrum mendicātium: et adhibita omni diligentia: opus huiusmodi in nulla sui parte inuenerimus lutulentum: sed clarum et veritati consonū: opusq; limatum: politum: et tersum: omniq; laude dignū: vt pote quod vsq; ad nostra tēpora tale opus: breue: compendiosum: vtile: ac conscientie proficuum: sapientibus et minus sapientibus cōferens: nunc̄ ad noticiam nostram venerit: approbamus ipsum opus: et testificamur in nulla sui parte esse contrarium fidei: aut veritati: sed omnium priuilegiorum: ac bullarum: et gratiarum predicti ordinis: et aliorū mendicantium: que ab alijs diffuse et confuse colligebant: in paruo volumine: hoc a collectore sapienti fuisse redacta. Ideo in huiusmodi approbationis testimoniū ac predictorum confirmationē: subscripsimus hic nomina nostra.

Frater Martinus de Bejar. Frater Joannes de Lumarraga.

Frater Joannes de Curiel.

¶ Fuit presens opusculuz in nobili atqz insigni oppido vallis oleti p quēdā fratrē minorē regularis obseruantie ex mādato Reuerēdissimi pris fratris Frāciſci de angelis totius p-fati ordinis generalis ministri cōpilatū: & ex amussim reuisum & castigatū: atqz Impssiuz nobilissima vrbe Hispali: in domo Joānis varela Salmaticeñ. ciusdē vrbis tribuni. Anno dñi. 1530. dieqz. 23. mēsis Septēbris felici numine finitū: ad laudē omnipotētis dei: & imaculate sue genitricis: ac seraphici pris Frāciſci: oimqz Sanctoz celestis aule. Mecnō ad vtilitatē fratrū mēdicantiū: pcipue tñ fratrū minoz: quos vniuersos tāgit.

Collector.

Ego equidem me: excusoris praestare culpam.
Quod si non illum: sed me peccasse putaris:
Tunc ego te credam: cordis habere nihil.

Poeta quidam ad librum: et eius lectores.

¶ I: liber et varias terras: vbesqz videto:
Et sine deletu: plurima tecta subi.
Te videat gnarus: sed inuidus insipiensqz:
Nec dedeat insulsus: teqz peritus amet.
Omnibus esto patens: sed non sis omnibus vnus:
Sisqz pijs sapidus: sed nocuos lateas.
Quod si forte aliquis: pluteo te subdere certet:
Censuram patere: si vir erit sapiens.
Sed siquis erit: qui ignāro carpserit vngue:
Despice: prudentum firus in arbitrio.
Et vos lectores: libro praestate fauorem:
Quem tanti pietas: contulit alma patris.

Registrum operis.

✠. A.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.
Omnes sunt quaterni: preter ✠. et. q. qui sunt duerni.